Ex libris Cigalinorum

1897

PETRI BELLONII CENOMANI

DE ADMIRABILI OPERVM ANTIQVORVM ET rerum ſuſpiciendarum præſtantia Liber primus.

De medicato funere, ſeu cadauere condito, & lugubri defunctorum eiulatione. Liber ſecundus.

De medicamentis nonnullis, ſeruandi cadaueris vim obtinentibus. Liber tertius.

Ad Reuer. & Illuſtriſs. D. Fran. Card. Turnonium.

PARISIIS.

Apud Gulielmum Cauellat, in pingui Gallina, ex aduerſo Collegii Cameracenſis.

1553.

Cum priuilegio Regis.

Priuilege du Roy.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, au Preuost de Paris, Bailly de Rouen, Seneschal de Lyon, Grenoble, Toulouse, Bordeaulx, Poictou, Berry, Champaigne, iuge, d'Anjou & du Maine, & à tous noz autres iusticiers, officiers, ou à leurs lieutenans, & à chascun d'eulx sicomme à luy appartiendra, salut. Receue auons l'humble supplication de Gilles Corrozet libraire de Paris, contenant que depuis aucun temps en ça il a recouuré par sa diligence deux liures nouuellement composez par Pierre Belon du Mans, l'vn intitulé De admirabili operum antiquorum præstantia, &c. L'autre, De arboribus coniferis, & aliis perpetua fronde virentibus, &c. Lesquelz il vouldroit voluntiers faire imprimer, vendre & distribuer, pour mettre en vente & lumiere. Mais il doubte que autres libraires & imprimeurs les vouluſſent pareillement imprimer ou faire imprimer, & à ce moyen eſtre fruſtré de son labeur ſi par nous ne luy eſtoit ſur ce pourueu. Parquoy nous voulants tous liures de bonnes lettres eſtre mis en lumiere à l'inſtruction de noz ſubiectz, inclinant liberallement à la ſupplication dudict Corrozet, ne voulant le merite de son labeur eſtre tolu, ne le recouurement de ſes frais & miſes eſtre empeſché. Pour ces cauſes auons de noſtre grace ſpeciale donné audict ſuppliant, priuilege, congé, licence, & permiſsion d'imprimer ou faire imprimer, & mettre en vente leſdicts liures, auec inhibitions & defenſes à tous libraires, imprimeurs & autres à qui il appartiendra, en noz pays, terres, & ſeigneuries, de non imprimer & mettre en vente leſdicts liures deſſus mentionnez, ſans le vouloir & conſentement dudict ſuppliant, dedans le terme de ſix ans conſecutifs, commençant au iour & date que leſdicts liures ſeront acheuez d'imprimer, ſur grandes peines à nous à appliquer, & de confiſcation deſdicts liures, & d'amende arbitraire. De ce faire vous auons commandé, & à chaſcun de vous ſicomme à luy appartiendra, donné, & par ces preſentes donnons plain pouuoir, commiſsion & autorité, mandons & commandons à tous noz iusticiers, officiers & ſubiectz, que à vous en ce faiſant ſoit obey. Car tel eſt noſtre plaiſir, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, leſdictes inhibitions & defenſes tenans. Donné à Paris le xxj. iour de Iuing, L'an de grace mil cinq cens cinquante trois. Et de noſtre regne le ſeptieſme.

Par le Conſeil. Signé Buyer.

Et ſeellé de cire iaulne.

Acheué d'imprimer le huictieſme iour de Iuillet, Lan mil cinq cens cinquante trois.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO CARDINALI Do. *Franciſco Turnonio, Mecœnati & hero ſuo, Petrus Bellonius* S. P. D.

SI TE vniuerſus Gallorum populus, Ampliſsime Cardinalis, admiratur ſuſpicit, & tanquam terrenum quoddam numen reueretur: Si omnis omniũ eruditorum cœtus tui animi egregias dotes virtutéſque adamat & exoſculatur: Si denique externæ nationes, ad quas rerũ abs te ſapienter geſtarum fama peruenit, tanti te faciunt, vt velut præſens quoddam numen te habeant, id me hercule non temere & præter cauſam, ſed merito tuo facere videntur. Te enim inter tot illuſtres Eccleſiæ proceres, non modò inſigniter literatum, ſed etiam literatorum amantiſsimum conſpiciunt, quorum ſtudia non tuo ſolum exemplo excitas, verum etiam fortunis tuis ac munificentia magnificè iuuare ſoles, quæ quidem omnia, nouem illas ſorores, bonarum literarum præſides ita tibi conciliarunt, fauentes ac propitias reddiderunt, cum ignorantiæ te hoſtem capitalem, philoſophiæ autem & eloquentiæ acerrimum propugnatorem ſemper præſti-

teris, vt domũ tuam quàm doctiſsimis ſemper viris ornatam conſpici ſategerint, téque ſuo ordini præſidem & antiſtitem vno ore delegerint, adeò vt non minori iam eſſes illis ornamento quàm illæ tibi, cùm tu velut in ampliſsimo theatro conſtitutus, omnibus cæteris, quos noſtra habet Gallia proceres, ita præluceres, vt meritò Galliarum dulce decus, Pontificum ornamentum, Franciſci Regis inuictiſsimi, & bonarum artium cupidiſsimi, fidus eſſes Achates, ſtudioſorúmque omnium ſpeculum exemplar & regula, ab omnibus prædicareris, tum propter incomparabilem in rebus gerendis vigilantiam tuam, tum propter ſingularem illam tuam inauditamq; eruditionẽ Græcarum Latinarúmque literarum, quæ tibi tam familiares faciléſque ſunt, vt linguæ vtriuſque authores claſſicos tam prõptè aſſequaris legendo, quàm ſi Gallico idiomate conſcripti eſſent. In quibus quoniam à teneris vnguiculis ita ſedulò es verſatus, vt nunc ætate quoque iam affecta in eis ita libenter acquieſcas, & iucundè bonas horas colloces, vt nunquam ab eis facilè abduci poſsis, niſi ſiquãdo te imperii Gallici publica negotia auocent. Omnis qui tibi ſuſcipitur aliqua de re ſermo, aut de literis, aut de his quæ ad bene beatéque viuendum pertinent, ſemper haberi ſolet. Siue enim ſpatiaris, ſiue quieſcis, ſiue prãdes, ſiue cœnas, tuum omne colloquium eſt de virtute, & diſciplinis. Itaque profiteor, & præ me fero, earũ omnium rerum argumentum quæ mihi præ manibus ſunt, à doctiſsimis tuis ſermonibus eſſe exceptum. Ego enim in tuam familiã accerſitus ab ineunte adoleſcentia, ita ſum apud te educatus, quo potiſsimum tempore, in aula

Franciſci non minus ſapiẽtis quàm magnanimi Regis ver ſabaris,tibíque ſuæ totius Reipublicæ procurationem ille commendarat,vt non longè à te diſcedens, aliquem ego ex tuis illis penè diuinis ſermonibus fructum referre poſſem. Tunc autẽ cùm nõ ſatis idoneum eſſe me illi muneri, cui præfeceras, exiſtimarẽob rerum imperitiam,precibus abs te contendi,vt mihi in ea peregrinatione, vnde ſperabam comparatum iri mihi earum rerum peritiam, quarum eſſem neſcius, auxilio eſſe dignareris:tu ea fuiſti erga me animi propenſione,vt quamprimum pecuniam mihi,quãta ad tam longinquam peregrinationem opus eſſet, numerari iuſſeris. Nunc autem quoniam hoc mihi vacui temporis tua largitur munificentia, vt literis mandare queam quæ ſedulò per me ſunt obſeruata, dum Orientis plagas peragrarem, confido fore, vt quemadmodum illa mihi præclara cognitu viſa ſunt, ita quoque iucunda lectu tibi omnibúſque videri poſsint, eáque potiſsimùm quæ hoc opere de admirabili præſtãtia,& quadam veluti maieſtate rerum antiquarum perſcripſimus. Id vt ego quàm accuratiſsimè facerem, partim me impulerũt doctiſsimi tui hiſce de rebus ſermones, partim pegmatũ, coloſſorũ ,ſubſtructionum, ſtatuarũ ænearum, & fuſilium iuſſu Frãciſci Regis nuper vita functi affabre factarum excellentia, & numeris oĩbus abſoluta perfectio. Quin & huius inſtituti operis hæc præſertim cauſa mihi fuit, quòd cum adeſſem in tuo cubiculo per id tempus quo Romam proficiſci (mortuo Pontifice Paulo) parabas, téque tuo Pharmacopolæ imperantem audiſſem vt Mumiam (ſic Arabes vocant) quàm diligẽtiſsimè poſ-

set,cõparet,eamq; famuli à ciathis tuo cũ Rhabarbaro,vt moris nostratũ est,traderet.Ego apud te differui id nõesse quod vulgus autumat, sed id quod non incelebres autores,Mela & Plinius,medicatum cadauer,&seruatum corpus appellitant.Quoniã autem id tibi gratum quod tum à me ea de re pronunciatum est, idque nunc nostri seculi Aesculapio Vincentio Lauro Calabro Philosopho perspicacissimo, medico tuo fidissimo, & tuæ sanitatis tuendæ cupidissimo,non ingratũ esse sensio, summa ope sum enixus, ut perample, pérque copiose ea de re aliquid conscriberem, quo facilius veterum authoritate meam sententiam confirmatam relinquerem, sequutus maturum Aristotelis cõsilium, vt apud homines ea de re falsam olim conceptã opinionẽ prius cõuellerem, quàm ad meam corroborandam accederem,sedulos agricolas imitatus, qui ante semina noxia verruncant, quàm bonorum sementem faciant. Te interea, Here & Mecœnas optime, per suaues tuas Musas obsecro, vt qualecunque est hoc meæ in te obseruantiæ pignus,rudes has ingenioli mei primitias dico,ea qua soles omnia,hilari fronte accipere digneris, neque vnquam ex albo domesticorum tuorum expungi patiaris. Ego enim vt arbuscula, quæ â matre auulsa,& in aliud solum trãslata,vel marcescit,vel longo post interuallo æque radices agit, ita quoque si me alteri in clientelam dedere patiaris, vel sum breui periturus, vel certe nullam, aut quamminimam frugem laturus. Itaque tu Mecœnas optime, in quo spes omnes, opésque meæ sunt positæ,abs te etiam atque etiam peto, vt cum annis plus minus duodecim tuam sim ego non

modô beneuolentiam erga me, ſed etiam ſingularem munificentiam expertus, velis nunc quoq; eo me habere loco, quo ſemper antea habuiſti, vt ſic quorundã naſutulorum inuidorum hominum calumnias effugiã, quum præſertim hoc nomine, quòd tuus ſim, tantum mihi nominis compararim, vt Henrici Regis Opt. Max. & Franciſci Oliuarii, Galliarum Cancellarii factus ſim in politioribus diſciplinis alumnus:

Bene vale. Ex tuo D. Germania Pratis cœnobio.

1553.

PETRI BELLONII CENOMANI,
ad candidum & beneuolum Lectorem,
Carmen.

Qui monimenta cupis veterum pulcherrima noſſe,
Huc ades, & noſtra hæc munera grata cape.
Hic videas curis quod nos vexauit amaris
Externa quicquid vel regione patet.
Securus videas per tecta domeſtica quicquid
Non ſine quod licuit (crede) labore graui.
Attamen iſte labor facilis fuerit mihi, ſi te
Qualiacunque iuuent quæ tibi ſcripta damus.

NAtura ita comparatum est, vt quandiu homines sub hoc Cœli circumflexu vita fruuntur, præteritorũ memores, præsentium iudices, futurorũ præsagi, suis commodis prospicere & velint & possint. Qui cum mortales se agnoscant & corruptioni obnoxios, illã, quantum in se est, vt effugiant, summoperè studeant. Sed cum non vno omnes eodémque desyderio teneantur, ac diuersa quisque consectetur studia, fit vt variis illi ducantur opinionibus, ac singuli sua opera pro regionum morúmque varietate contexant. Aegyptiis quidem & Arabibus, atque feruentium æstu regionum incolis, se se intra parietes ob vim algoris continere, aut niuem vel saltem nebulam cœlum obtegentem intueri, tam nouum est, quàm nobis, qui Septentrionem incolimus, aut Pyramidem, aut Colossum, aut Obeliscum contemplari. Mirum itaque nemini esse debet, Si illi qui per totam ætatem sub Diodegunt, astrorum cursus & motum cœli longa obseruatione didicerint: quarum quidem rerum Septentrionales populos, qui perpetuò in domibus obuersantur, & apud quos cœlum ferè semper nubilum apparet, vulgò ignaros esse videmus. Quemadmodum igitur singulæ nationes pro variis naturis & syderum influxu, diuersos mores induerũt, sic illæ non in iisdem omnes animi dotibus participes fuerunt. Nam eas quæ altius mentem extulerunt, propius ad diuinitatem accessisse, nemini dubium est: illas autem, quæ nihil arduum vnquam molitæ sunt, prorsus degeneres, & ad pecudum ingenium quàm proximè accedentes censeri volumus. Proinde cum ego operum quorundam antiquorum reliquias contemplarer, eius temporis hominũ, quo illa sunt posita, valde mentem mihi mirari cõtigit, cũ animaduerterem cuncta ferè opera, quæ ab illis ad fabré facta sunt, non aliã ob causam extructa esse, quàm vt illi sese cæterorum hominũ numero eximerent, seseque non sui seculi hominibus tantùm, sed posteris etiam commendarent. At verò à quibusdam dissentiendum esse duxi, qui tum sibi, tum cæteris persuadere conantur ea nusquam extitisse, quorum memoria non sit literis prodita, vel oculis nostris subiecta. Sed quantum iudicio fallãtur, paucis aperiam. Fingamus molem arte factam, tantæ quidem magnitudinis alicubi iacêre, vt facilè montem Olympum celsitudine superet, quæ tamen ignoretur, nec à quoquam sciatur: de ea profectò ita existimare non debemus, vt eam in rerũ natura esse negemus. Itaque dum homines rerum gerendarum oportunitatem

Qui sub dio degũt, astra & cœlos discunt.

Non visa, aut literis prodita etiã extare.

nacti, suos conatus omnes & nisus pro temporis qualitate, & regionis natura, ita collocarunt, vt vnus alium excellere niteretur: consentaneum est, alios ab aliis ingenio longè superatos, perspicaciorique mentis acumine facilè victos fuisse. Qui autem altius rerum naturam contemplati sunt, & quod æternum erat perspexerunt, reliquorum facta egregia, mea quidem sententia, anteuerterunt, & illi quidem vehementius qui æternitati studuerunt. Quemadmodum vero Aegyptij quondam hominem mori negabant, sic quoque apud eos vulgare fuit, cunctos æternitati studere. Ex quo Reges qui populum opibus antecellebant, suæ animi excellentiæ indicium in excelsissimis operibus ostentare studentes, quàm maxima, nobilissima, & difficillima opera moliebãtur. Omnium autem mortalium primi Aegyptij diis aras, simulachra, & delubra statuisse, & animalia in saxis sculpsisse traditur. Ex quo eorũ artifices in ea arte peritiores, meritò cunctis nationibus præferẽdos cẽsui. Illi enim in excindendis molibus tam solertes fuerunt, Herodoto teste, vt cùm permulti Colossum ex diuersis lapidibus faciendum aggrederentur, hunc membratim ex diuersis locis delatum, alius alibi caput, alius crus, alius brachium, alius corpus excinderent: Et tandem membra singuli in vnum locum deferentes, illum totum concinnè, & Symmetria elegantissima in vnum corpus coalescere facerent, ita vt ab vno eodémque artifice, atque ex solido lapide factum dixisses. Sed hoc in Aegyptiis maius habebatur, quòd dum illi diis aras, statuas, simulachra, & animalia sculpebant, durissimos quosque lapides conquirebant: Basalten potissimùm, qui ferrum duritie æquaret, ex Aethiopia accersebant. Ex quo eleganter exciso & perpolito, Nili quoque fluuium mentiebantur, quem hoc modo repræsentabant. Gigantem quàm maximum lapide Aethiopico, hoc est Basalte, humi prostratum sculpebant: sub cuius cubito Sphingis effigiem astruebant, cui is incumberet, Cornucopiæ manu tenentem: atque circa hunc sedecim infantuli cubitalis longitudinis veluti palantes spatiantur, quorum duo cæteris excelsiores coronam Cornucopiæ imponunt. Hac effigie Aegyptij intelligebant, cùm soli vbertas ex Nili inundatione proueniat, eum ad sedecim cubitos excrescere necesse esse: alioqui regni annona non intelligeretur eo anno magni prouentus fore. Romani magna orbis parte potiti, Aegyptiorum vestigiis inhærentes, quoties suum quoque Tiberim significare volebant, lapidem marmoreum molis ingentis excindebant, ac gigantem nudum aquam ex orca effundentem, barbam prolixissimam & vliginosam præ se ferentem, dextra manu Cornucopiæ tenentem, lupæ dorso (quam sub cubito puluini loco habet) incumbentem faciebant, circa quam

Ægyptij hominem mori negabant.

Ægyptiorum sculptores.

Basaltes.

Nili statua.

Sphingis effigies.

Tiberis statua.

duos infantes, Remum & Romulum, vbera lupæ lactantes effingebant. Huiusmodi autem fuit celebris illa & antiqua statua, quam nunc Romæ ridiculo nomine Marphorium nominant. De Aegyptiaca autem statua Plinius libr. 36. ca. 7. ita meminit. Inuenit eadem Aegyptus in Aethiopia (inquit) quem vocant Basalten, ferrei coloris atque duritiæ, vnde & nomen ei dedit. Nunquam hic maior repertus est quàm in templo pacis ab imperatore Vespasiano Augusto dicatus, argumento Nili sedecim liberis circa Nilum ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augentis se amnis intelliguntur. Hactenus. Verùm, quod sciam, lapis hic desit amplius Romæ videri, sed alium huic prorsus respondentem in Vaticano maximum & conspicuum in summi Pontificis horto stratum videas, quo nihil prorsus Romæ antiquius cõspexeris. Franciscus Galliarum Rex antiquitatis longè studiosissimus, magnificorúmque operum admirator maximus, statuas permultas, cuiusmodi est illa & Tiberis, de qua iam antè dixi, aliásque omnes quascunque antiquas vndequaque conquisitas in Regia sua apud Fontanæblæum elegantißimo quàm maximè fieri potuit opere, ex optimo Orichalco & ære conflãdas curauit. Illæ autem præter multos conflatiles Colossos illos, de quibus iam antè diximus, & Regias tum inchoatas tum perfectas, immaniorẽ alium quàm vsquã ab vllo visus sit, ex ære conflare instituerat, vt huius rudes delineationes, quæ adhuc Lutetiæ extant, nemo sine magna admiratione contemplari possit. Hoc vnum asserere ausim, nihil vnquã ab Aegyptiis, Romanis, Regibúsque externis excogitatum fuisse, quod cum vnico hoc Regis Francisci Colosso componi potuisset, si ex ære (vt decreuerat) cõflatus fuisset. Ille tamen immatura morte Rex præstantiss. præuentus, vt absolueretur nunquam efficere potuit. Durat etiamnum Lutetiæ rude tantùm illius lineamentũ, quod quidem sine magna intuentium admiratione conspici vix potest. Herculis Colossus futurus erat pedum quinquaginta trium longitudinis, ex quo tanti Regis sublimitas facilè posteris innotescere potuisset. Simulachra primùm ab Aegyptiis in honorem deorum excogitata fuerant, tandem & ad hominum statuas atque imagines multis modis transierunt. Excepta deinde res est à toto orbe terrarum humanißima ambitione, & iam omnium municipiorum foris statuæ ornamẽtum esse cœpere, prorogaríque memoria hominum, & honores legendi æuo basibus inscribi, ne in sepulchris tantùm legerentur. Mox forum & in domibus priuatis factum, atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos. Cùm itaque hoc meum institutum sit, vt antiquorum maiestatem in eximiis eorum operibus comprobem, nihil maius atque antiquius duxi, quàm vt do-

Marphorium. Basaltes.

Statuæ fusiles Francisci Galliarũ Regis magni.

Fracisci regis colossus ingens.

Operis huius institutum.

ceam homines quõdam æternitati ſtudentes, dum animam illi quidem immortalẽ agnoſcerent, nihil magis ſtuduiſſe, quàm vt corpora à putrefactione multis variiſque medicamentis vindicarent. Quod vt conſequerẽtur, multa excogitauerunt, quibus ea perennia æuis incorrupta adſeruarent: vt poſthac ſuis locis latius explicabimus. Sed quia in his docendis certum ordinem ſequi inſtituimus, atque monimenta perennia quæ in poſterum memoriæ cauſa prodũtur, vt perennia ſint deſcribere volumus, de operibus maximis et miraculo dignis primùm, deinceps verò ſuis locis de minoribus erit dicendũ: & quum hæc propter funera ſeu cadauera fiant, de funeribus & cadaueribus nihil omittentes, ceremonias quæ in ſepulchris, ſepulturis, rogis, parentationibus, mortuorum planctibus, & aliis eiuſmodi rebus noſtra commendatione dignis fiebant, adiicientur. Primi autem huius noſtri libri initio ſtatim rationem cur antiqui tantam ſuorum funerum curam habuerint, adferemus. Deinde verò medicamenta, quibus illi defunctorum corpora æuis ſeruanda condire ſoliti ſunt, ſequenti libro oſtendemus. Cæterũ quia nonnulla etiam ſunt, quæ mutuò ſeſe conſequuntur, huícque rei affinia ſunt, de iiſdem libro tertio nonnihil diſſerendum operæpretium putauimus.

INDEX

INDEX CAPITVM.

Libri primi capita ſumma XVII.

De priſca operum gentium externarum maieſtate. Caput primum.

De vetuſtiſsima & omnium quæ ex ſolido lapide ſuperſunt ex iis quæ extiterunt antiquiſsima mole, hoc eſt, Aegyptio Androſphinge, & aliis permultis ingentiſsimis Coloſsis admiratione dignis. Cap. II.

De admiranda Pyramidali Aegyptiæ molis amplitudine, quæ ſingulas res humana manu factas facilè euincit ob regis funus obſignandum extructa. Cap. III.

De altera antiquiſsima atque admirabili lapidea ſtrue Pyramidali. Cap. IIII.

De tertia eáque vetuſtiſsima Pyramidali ſuſpicienda mole. Cap. V.

De permultis aliis minoribus antiquis Aegyptiis Pyramidalibus molibus. Cap. VI.

De Pyramidibus extra Aegyptum tum Romæ, tum alibi. Cap. VII.

De ſuſpicienda atque admirabili permultorum obeliſcorum maieſtate. Cap. VIII.

De ſtructuris antiquis admodum ſuperbis multorum Labyrinthorum qui ſepulchri cauſa fiebant. Cap. IX.

De tumulorum æditorum qui populorum ſepulchra erant amplitudine. Cap. X.

De permultis aliis minoribus ſepulchris & ſepulturis antiquorum. Cap. XI.

De ſepulchris & ſepulturis Turcarum. Cap. XII.

De monumentis quæ olim è duriſsimo lapide fieri ſunt ſolita. Cap. XIII.

De ſepulchrorum marmoreorum ruinis quæ circa thermas Troiæ extra mœnia vrbis, & Philippos, adhuc durant. Cap. XIIII.

De ſepulchro Bucephali equi Alexandri magni, & de permultis aliis circa Philippos vrbem ruinis. Cap. XV.

De modo comburendorum funerum apud antiquos, & Libitinariis olim appellatis, qui funeribus curandis præerant. Cap. XVI.

De arboribus ſepulchris inſeri ſolitis, id eſt, quorum vſus maximè in rebus funebribus fuit. Cap. XVII.

Libri ſecundi capita ſumma XV.

Quod medicatũ funus à negotiatoribus falſo ſub Mumiæ nomine diuendi ſoleat. Caput primum.

De antiqua vulgaris Mumiæ, quod tamẽ medicatum funus eſt, Græca & Latina nomenclatura. Cap. II.

Quòd Galenus, Paulus, AEtius, & ante eos omnes Dioſcorides nõ minus quàm hiſtorici, ſeruatũ corpus agnouerunt. Cap. III.

Non hominum modò corpora in Aegypto condiebantur, ſed etiam brutorum animaliũ permulta genera. Caput IIII.

Officium condiendi corpora non cuiuis delegabatur, ſed ei tantùm qui id à maioribus accepiſſet. Cap. V.

Iudæi olim, more Aegyptiorum, ſuorum quoque ſer-

uabant mortuorum corpora. Cap. VI.

Quod Aethiopes ferè Aegyptiorum & Iudæorũ more defuncta corpora seruare solerent. Cap. VII.

De Myrrhæo seu Myrrhaceo puluere, quo medici in Gallia condiendis magnatum defunctorum corporibus vtuntur. Cap. VIII.

Quarundam notarum quæ seruato cadaueri falsò tribuuntur ab iis qui de nouo orbe conscripserunt, propulsatio. Cap. IX.

De corporibus á frigore congelatis, & de inuentione anatoniæ siccæ. Cap. X.

Quod Neoterici authores describentes Mumiam, funus medicatum intellexerunt, non autem Pissasphaltum. Cap. XI.

Funus seruatum siue Mumiam dictam tantam habere apud Gallos commendationem, vt optimates nusquam careant. Cap. XII.

Quòd nimia licentia Arabes authores antiqui & immeritò à quibusdá recẽtioribus coarguuntur. Cap. XIII.

De merentium lugubri mulierũ eiulatione & planctu. Cap. XIIII.

De multis eiulationibus & planctibus lugubribus tam recentiorum quàm antiquorum. Cap. XV.

Libri tertij capita summa XI.

De Cedria. Caput primum.

De Bitumine seu Asphalto cum liquido tum duro. Caput II.

De Piſſaſphalto. Cap. III.
Quòd Piſſaſphaltum compoſitum non ſit ex alia re mixta, ſed ex ſe quid ita enatum. Cap. IIII.
De Naphla ruffa ſiue Bituminis colamine ruffo. Cap. V.
De Naphla nigra. Cap. VI.
De Naphla alba. Cap. VII.
De Nitro. Cap. VIII.
De Nitro factilio ſeu Chryſocolla quæ Arabibus Baurach dicitur. Cap. IX.
De flore Aſiæ Petræ, quem malè pro nitro ſumunt. Caput X.
De Alkali, ſiue chimiſtico ſale. Cap. XI.

Finis indicis capitum.

PETRI BELLONII CENOMANI AD REVER. D. FRAN. CARD. Turnonium Mecœnatem & herum ſuum illuſtriſsimum,

DE ADMIRABILI OPERVM ANTIquorum & rerum ſuſpiciendarum præſtantia.

Liber primus.

De priſca operum gentium externarum maieſtate. Caput primum.

VEteres Orientis incolæ præſertim Aegyptij, in arduis rebus ad ſempiternam memoriam extruẽdis non minus ualuerũt, quàm in magnificorum operum molibus excindendis, & rebus ſumma admiratione dignis. Quo fit, ut eorum animi ſublimitatem & generoſitatem, atque etiam artificum qui ad tam grande opus æternitati deſtinandum ſeſe accinxerunt, iure miremur. Quid quæſo, unquam ad ſempiternam memoriam comparandam Pyramide, Obeliſco, Coloſſo, Tumulo, Mauſoleo, Labyrintho, & id genus ſuſpiciendorũ operum miraculis maius cerni poteſt, quæ ante multa ſæcula erecta, in hodiernũ uſque diem in permultis mundi regionibus extant? Quæ tamen omnia ſepulchrorum cauſa excogitata fuiſſe indicabimus. Nam cum uni animantium homini Deus Opt. Max. ſepulturæ curam, atque etiam poſtſe de futuro cogitare tradiderit, non abs re homines qui de reſurrectione piè ſentiebant, corpora defunctorum uarijs modis ad æuum condiri, incorruptáque ſeruari uoluerunt, quòd ſua corpora ſe facilius ob id reſumpturos ſperarent. Alij ſepulchris magnificentiſsimè hæc opera dicabant, in quibus corpora condiebantur, donec

Homo de futuro cogitat.

Aegyptij de reſurrectione piè ſentiebãt.

Cur Aegyptij corpora condirent.

id tempus laberetur, quod à suis philosophis Astronomiæ peritis indicatum erat. Siquidem orientalium populorum doctores, vt Babyloniorum, Assyriorũ, Gymnosophistarum, Chaldæorum, Indorum, Aethiopum, & Aegyptiorum, ita disciplinam suam vulgò incolis tradiderãt, vt facile eis persuaserint, quicquid ab eis vel sepulchri causa extrueretur, id non temporarium, cuiusmodi ea sunt quæ vulgò fieri solent, verùm magnificum & ad æternitatem affabrè faciendum, vt in multa secula perdurare posset. Putabant autem illi quindecim nostrorum annorum millibus mundũ finitum iri: quod quidem ex Astronomiæ computatione didicerant. Emenso omni cœli circuitu, à certo loco in eundem locum reuersionem, mundanum annum vocabant. Nam annus hic quia conuersione plenæ vniuersitatis efficitur, largissimis seculis explicatur: cui finem hoc modo statuunt, cùm stellæ omnes omniáque sydera à certo loco ad eundem locum ita reuocantur, vt ne vna quidem stella in alio loco sit, quàm in quo fuit, cùm omnes aliæ ex eo loco motæ sunt, ad quem reuersæ anno suo finem dedere sub eadem cœli totius descriptione. Itaque cum hoc peculiare habuerint, æternitati plurimum studuerunt: ob hoc enim Pyramides extruere, Colossos & obeliscos excindere, & lapidum molibus dignitates deorũ exprimere sunt aggressi, quibus defunctorum corpora iam ante medicata significarent hîc esse condita. Opera illa profectò cum inter maximè memoranda, sumptuosiorè impendio quàm vlla alia humana manu facta sint, ad hoc vsque tempus etiam durant. Suprà verò enumeratorum populorum Philosophi (quemadmodum sapientes apud Persas) Deorum cultibus & diuinationibus studentes, docuisse feruntur, impium esse cremare mortuos, vel ab animalibus aut elementis absumi: hominésque semper futuros, eosque immortales prædicabant. Quorum doctrinam cum Babylonij, Assyrij, Gymnosophistæ, Chaldæi, Indi, Persæ, Aethiopes & Aegyptij sequerentur, corpora defuncta vel ab elementis, vel ab animalibus absumi nefas esse ducentes, illa apud se condiri, atque magno lapidum aceruo obsignari statuerunt. Nam cum ignem beluam esse putarent quæ cuncta deuoraret, quæ cum se rebus expleuit, vnà emoreretur, corpora cremanda non censuerunt: Sed nitro salita, & alijs multis modis seruata conditaque curabant, seorsim que in sepulchro recondebant. Heraclitus tamen summus Philosophus qui ignem rerũ omnium principium prodiderat, in eundem corpora resolui debere aiebat. Macedones, & post eos Romani, cũ Aegypto & toto ferè orbe potiti sunt, superba eorum ædificia admirati, hos imitari studentes, mirabilia ædificia instar illorum instituerũt, sed quæ nulla cum eis ratione conferri possent. Illi tamen in hac ope-

Orientalium populorum doctores.

Mundanꝰ annus.

Causa cur pyramides & magnæ moles excisæ fũt.

Cremare mortuos impium.

Homines immortales Aegyptii asseruerunt.

Heraclitii sententia.

Romani principes Aegyptiorum æmuli.

rum magnitudine aliud quàm Aegyptij spectasse videtur: nempe gloriam in eximijs operibus quærentes, tẽpla columnis adornantes dijs dicabant, aliaque superba ædificia erigebant, quæ quidem suos in tantam admirationem rei nouitate adducebant, vt orientalium insignes illas moles longè superasse viderentur. Ex quo factum est, vt cum Martialis Cæsaris Amphiteatrum (quo nihil maius Romæ fuit) extollere vellet, nihil vnquam maius habuerit quo illud commẽdaret, quàm vt Aegyptiorum pyramidibus (de quibus mox dicemus) magnitudine præferret: Barbara, inquiens, Pyramidum fileat miracula Memphis. Meritò quidem Romanorum illi acerui cum extarent, otiosos & in magno loci silentio homines ad contemplationem sui alliciebant: sed nunc cum ita corruisse videamus, vt vix etiam ruinæ supersint, frustra authores, vrbis miracula ostentare conantur, quæ vel minima temporis iniuria deleta sunt. Hinc sanè perspicuum est, Romanas res nihil cum orientalibus illis habuisse quod conferri posset. Illæ enim adhuc integræ supersunt, harum autem ne vestigia quidem vlla apparent, quæ quidem nunc Romæ cernantur, præter illas quibus olim imperatores, populos orientales spoliauerant, & suam vrbem decorarant, de quibus suo loco dicemus. A colossis autem (quoniam sua amplitudine in maiorem admirationem trahunt) initium dicendi faciemus, deinde ad pyramides ascendemus, tertio loco de obeliscis disseremus: postea ad labyrinthos, consequenter ad tumulos, postremo ad alias minores substructiones minorum sepulchrorum.

De vetustissima & omnium quæ ex solido lapide supersunt amplissima mole, hoc est Aegyptio Androsphinge, & de aliis permultis ingentissimis Colossis maiori admiratione dignis qui vnquam extiterunt.

Caput II.

TSi moles à Romanis turribus pares extructæ fuerunt, quas Colossos vocabant multorum cubitorum longas, & multis talentis factas (cuiusmodi erant quas Nero, Cæsar, Lucullus, & alij multi posuerũt) tamen quia earum nulla cum vnica Aegyptia Sphinge fuit quæ componi posset, de ea primùm disserendum mihi visum est. Durat adhuc in Aegypto, cum aliæ omnes tum temporis, tum bellorum iniuria deletæ sint. Mirabantur multi olim Rhodium Solis Co-

Androsphinx.

Colossus.

Colossus Rhodius.

Aegyptius Colossus.

lossum septuaginta cubitorum altitudinis, Apollinis, & Iouis statuas triginta: quantò ergo Aegyptius ille Colossus, sub quo conditum est corpus Amasios, maiori admiratione dignus censebitur? Cuius quidem altitudo à ventre ad summum apicem in capite sexaginta duorum est pedum, longitudo autem pedum centum quadraginta trium, cùm tamen Colossus ille Rhodius integer centum & quinque pedes tantùm porrigeretur. De Colosso hoc Aegyptio tam ingenti & vasto meminit Plinius, quem alio etiam nomine Sphingem vocat. Libro enim tricesimo sexto, capite duodecimo, hoc modo habet. Dicantur obiter, inquit, & Pyramides. Et paulò infrà addit: Ante has est Sphinx vel magis miranda, quia syluestria sunt accolentium (alia exemplaria habent, quasi syluestre nomen accolētium, sed prior lectio magis mihi placet) Amasim regem putant in ea conditum: (quòmodo condirentur reges, postea dicetur) & volunt inuectam videri. Est autem saxo naturali elaborata, & lubrica. Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit. Longitudo pedum centum quadraginta trium est. Altitudo à vētre ad summum apicem in capite sexaginta duorum. Hæc Plinius. Mirabar cur Plinius lapidem seu Colossum hunc, Sphingem nuncupauerit, cum tamen nihil aliud quàm mulieris caput præ se ferre videatur. Sed cum ab authoribus classicis nihil temere, quódque authoritate careat, scribi viderem, ideo locum istum cum his quæ ab Herodoto dicuntur contuli, tandémque hunc esse deprehendi quē ille Androsphingem appellauit. Herodotus enim libro secundo de Amasi rege verba faciens ita scribit: Quicunque dij eum furti absoluerant, horum tēpla neque curæ habuit, neque vllare ad stabilimentum donauit, neque adiens sacrificauit, tanquam nihil mererentur, quòd redderent falsa responsa. Qui autem eum pronuntiauerant furem, hos tanquam verè Deos, nec mendacia reddentes oracula, maximè coluit. Præterèa in Sai vestibulū Mineruæ fecit, opus admirandum, & longè superans cætera tum sublimitate, tum magnitudine. Tanta est vastitas lapidum atque substructionum. Quinetiam ingentes Colossos, & immanes Androphingas ibidem posuit. Hactenus ille. Mihi itaque Plinij Sphinx cum illo Herodoti Androsphinge consentire videtur. Herodoti verba quæ sequuntur subiiciam, vt pote quæ ad tractationem istam pertinent: Alia quoque saxa prægrandia (inquit) in apparatum Amasis comportauit, ducta partim è lapidicinis quæ iuxta Memphim sunt, partim (vtique quæ maioris molis erant) ex vrbe Elephātina que à Saide stat viginti dierum nauigatione. Ad hæc, quod non minimè sed maximè omnium admiror, attulit ædificium ex solido saxo ab vrbe Elephantina: in quo adfe-

Sphinx.

Andro-sphinx.

rendo triennium consumpserunt duo millia delectorum virorum, qui omnes erant gubernatores. Eius tectum extrinsecus est vnius & viginti cubitorum longitudo, quatuordecim latitudo, octo sublimitas. Domus hæc ad ingressum templi collocata est. Nam ob id aiunt in templum non fuisse pertractam, quòd tecto aduecto cum suspirasset eius vehendi architectus, vtpote pertæsus diutino tempore operæ, ea de re stomachatus Amasis, non permisit hominem vlterius trahere. Nonnulli aiunt quendam ex his qui vectibus lapidem agebant, ab illo fuisse oppressum, ideóque lapidem nõ introductum. Donauit præterea operibus ob magnitudinem spectaculo dignis cum alia templa insignia, tum in Memphi templum Vulcani, Colosso supino ante illud posito, longitudinis quinque & septuaginta pedum. Superque idem pauimentum gemini Colossi stãt ex Aethiopico lapide, vicenûm pedum magnitudinis, hinc & hinc magno illi adsistentes, cuius instar est alter in Sai lapis eodem habitu iacens. Illud etiam quod in Memphi est templum ingens & spectatu dignissimum, aiunt Amasim ædificasse. Quæ Herodotus itaque Amasi tribuit, consentanea cum his esse videntur, quæ à Plinio de Sphinge ingẽti Colosso illo Aegyptio referuntur. Cùm verò Romæ nihil Sphingibus antiquius cernatur, pauca adhuc subiicièda esse duxim⁹. De sphingibus nihil prorsus ab authoribus certi statuitur, nec vsquam animalis genus hoc visum à quoquam fuisse viuum puto. Siquidem de eo ne vnquã quidem meminit Aristoteles. Sphingas diuersis lapidibus insculptas, quæ in Romanis reliquiis supersunt, ex Aegypto tamen allatas sibi dissentire obseruaui, vt in diuersis lapidibus diuersas formas videre possis. Vbera siquidem in quibusdam pectori adiuncta, in aliis verò circa abdomen videas. Alias rursus his prorsus carẽtes: nonnullas etiam alis præditas cernere est, alis verò iis expertes. Ex quibus planè perspicuum est (quemadmodum & ex iis duabus insignibus, quas rex Franciscus antiquarum rerum studiosissimus, in regia sua apud Fontanæblæum ex ære fuso à Romanis, quæ in Capitolio sunt, desumptis conflari iussit, deprehenditur facilè) esse fabulosum hoc genus Aegyptiis, vt & de Chimeris ab euentu fuisse excogitatum. Nilus enim Aegyptum rigans, annonæ prouentum pollicetur, quod quidem in Iulio & Augusto fieri consueuit. Atqui cum illis duobus mensibus Leo & Virgo dominium gerant, Aegyptij simulachrum excogitantes quod huic rei conueniret, animal effinxerunt, quod anteriori parte Virginem capite collo & pectore æmularetur. Reliquum autem corpus Leonis esset, hoc Sphingem vocantes: idque hoc ipsum quod à Plinio Sphinx, ab Herodoto autem Androsphinx vocitatur, esse reor. Cuius rei hanc probationem adferam,

„ Vulcani Colossus.

Nihil sphĩgibus Romæ antiquiꝰ cerni.

Sphingis animalis nunquam meminit Aristo.

Insignes sphinges in Regia Fontanæblæi.

Sphinx fabulosum est excogitatum.

Chimera.

scilicet quod Romæ in summi Pontificis palatio trium sculpturæ videantur, quarum duæ ex Psaronio lapide, tertia puluini vice sub cubito Nili sternitur. Aliæ in Capitolio ex marmore nigro Basalte sculptæ sunt. Aliæ è regione Pă thei in foro comperiuntur. Hæ omnes inuicem dissident, cùm tamen ex Aegypto Romam aduectas fuisse sciamus, quod quidem ex notis Aegyptiis quæ in basibus comperiuntur, literis scilicet hierogliphicis, comprobari potest. Colossus itaque Aegyptius Androsphinx, siue Sphinx, faciem ad Memphim conuersam habet: éstque inter Memphim & Pyramidem, paulo inferius, non procul ab ea distans.

De admiranda Pyramidalis amplitudinis mole ob regis cuiusdam funus obsignandum extructa.

Cap. III.

IGitur iure miremur lapidem tantæ molis ex tam longinquo inuectam in syluestri esse. Nihil ex Romanis reliquiarum vestigiis supersit, quod cum eo componi possit. Sed parum quidem viderctur de Sphinge meminisse, nisi de pyramidibus paucula quæ vidimus adiiceremus: mirabiliores enim sunt, quàm vt vel ab humana mente capi possint, nisi quis eas propius contemplatus fuerit. Inter authores nihil certi constare video, quánam illæ ratione tam mirabiles constructæ fuerint, aut ad quod officiũ seu munus essent delegatæ. Ego tamẽ sepulturæ gratia eas primùm extructas fuisse asserere ausim, quod postea antiquorum authoritate probaturus sum: mirortamen nullum ex tot authoribus, qui de Pyramidibus & Obeliscis scripserunt, quenquam extare, qui causam cur factæ sint certò tradiderit. Plinius multas quidem eius rei adfert rationes, sed quæ omnino mihi non satisfaciant: Eius autem hæc sunt verba: Dicantur obiter, inquit, & Pyramides in eadem Aegypto, Regum pecuniæ ociosa ac stulta ostentatio: quippe cum faciendi eas causa à pleriſque traditur, ne pecuniam successoribus aut æmulis insidiantibus præberent, aut plebs esset otiosa. Hæc Plinius. Ea certè causa quam tradit, omnino mihi leuissima videtur: nã cùm multæ earum Pyramidum visantur, non potest dici à plebe otiosa sine ratione factas esse, quas omnes ex Arabicis lapidicinis constructas constat, quod etiam Plinius fatetur. Pyramis ampliſsima, inquit, ex Arabicis lapidicinis constat, nulla præterea. Alia insuper addit, quæ etiam apud Herodotum le-

Admiranda pyramidis compages.

Causa cur Pyramides extructæ sint, quæritur.

guntur, cuius verba subiiciam, Verum, inquit, in Pyramide amplissima annos „
viginti absumptos, cuius singulæ frontes (nam est formæ quadratæ) sunt octo „
genûm iugerum, pari altitudine, saxis dolatis decentissimèque coagmentatis, „
quorum nullum est minus triginta pedum. Est autem extructa hæc Pyramis Descri-
in speciem graduum, quas quidam scalas, quidam arulas vocant. Posteaquam ptio Pyra-
eam principio talem fecerant, attollebant reliquos lapides breuibus machinis è midis.
ligno factis, ex humo in primum ordinem gradatim leuantes, vbi super hunc „
gradum lapis erat, super alteram machinam imponebatur, quæ in ipso primo „
gradu stabat. Ab hoc deinde in alterum ordinem trahebatur super alteram „
machinam. nam quot ordines graduum, totidem machinæ erant, siue eandem „
machinam, quæ vna & facilis ad ferendum esset, transferebant ad singulos „
ordines, quoties saxum amoliebantur. Dictum sit à nobis de vtroque, quemad- „
modum refertur. Effecta sunt igitur ita prima quæque ex Pyramide vt erat „
altissima: deinde gradatim sequentia: nouissimè verò, quæ solo sunt iuncta & „
infima. In ipsa Pyramide literæ Aegyptiacæ scriptæ indicant quan- „
tum sit erogatum in operarios pro apio, cæpis, & alliis, quod interpres earũ li- „
terarum (vt probè reminiscor) aiebat in summa mille & sexcenta talenta pe- „
cuniæ esse. Quod si ita se habet, quantum in alia credibile est fuisse consum- „
ptum vel in ferramenta, vel in cibos, vel in vestiarium operariorum? Hactenus. Ista omnia ex Herodoto adferre visum est, quòd videam Plinium ea ab eo ad verbum penè transtulisse. Ille enim, Amplissima pyramis, inquit, octo „
iugera obtinet soli, quatuor angulorum paribus interuallis, per octingentos o- „
ctoginta tres pedes singulorum laterum, altitudo à cacumine pedes viginti „
quinque. Hæc ille. Pyramidem hanc à me diligentissimè obseruatam, vtrunque quidem bene descripsisse, sed in mẽsura altitudinis & latitudinis admodum hallucinatos esse video. Neque verò vna Pyramis tantùm est, sed multa inchoatarum vestigia extant. Nuper eques quidam Rhodius me præsente aiebat talem se pyramidem vidisse, qualem hîc ab Herodoto & Plinio descriptã ostendimus. At ego tam insigne audáxque mendacium ferre non potui, omnibúsque palam feci longè aliter rem se habere, multos etiam huius rei testes habebam Galliæ nobiles, in queis potissimùm Dominum à Fumet, ex familia Regis, allegare poteram, qui tum aderat, cùm eam dimensus sum. Amplissima hæc sola inter tot quæ adhuc supersunt, in speciem graduũ assurgit, vocatúrque vulgò Pharaon: nam reliquæ omnes glabræ sunt. Gradus in ea ab imo ad verticem plus minus ducenti, & quinquaginta numerantur: quorum quilibet ita latus est, vt extensis vlnis vir vtrasque oras vix pertingat: altus verò circiter

quatuor pedes cũ dimidio, licet Herodotus aliter triginta altitudinẽ eius esse scribat. Crederem eã circiter mille pedes altam esse. Cùm verò gradus seu areæ altiores sint, quam vt à scandentibus sine magno negotio possint superari, artifices ad singulos pyramidis angulos tres minores gradus in qualibet arula exciderunt, quo facilius pyramis conscendi posset. Huius basis (vt omnium ferè pyramidum) quadrangula est & quadrata, cuius quidem anguli paribus interuallis singulorum laterum trecentos viginti quinque passus, quos homunculus gradiendo metiri potest, continet. Quòd si quispiam huius Pyramidis amplitudinem oculis sibi subijcere cupiat, eiúsque veluti ideam quãdam certam animo complexam tenere, palos quaternos in grandi planitie infigat, trecentis viginti quinque passibus paribus interuallis ab inuicem distantes, ita vt in gyrum mille & octoginta passus numerentur: is pyramidis huius amplissimæ ideam habebit. Pyramis hæc intus concaua est, foramen obliquum habens partem septentrionalem spectans, quadratũ, per quod aduenæ intromittũtur, quod tamen neque adeò obscurum est, vt sine lumine ingredi vix illi possint. Ideo qui Pyramides inuisunt, antequam ex Memphi soluant, candelas cereas secum deferunt. Summo autem mane è Memphi soluunt, sursúmque tendunt versus Nilum, quem nauigio traijciunt: super cuius aggerẽ diu iter est faciendum priusquam ad Pyramides accedatur. Illæ autem citra Nilũ sitæ sunt penè sex millibus à Memphi: ad quas quispiam cùm iturus est, comites secum accersat, oportet: nisi enim armata manu proficiscatur, maximè illi timendum ab insidiis Arabum: sic eius loci latrones vocantur. In aggeris secessu Busiris oppidum situm est, ex quo comparantur quæ ad victum iter facientibus necessaria sunt: nisi quis ex Memphi prandium secum tulerit. Inde quoque itineris indices accersuntur, qui Pyramidem ingredi assueti sunt. Eò cum peruenimus, ignem ex silice excussimus, candelisque accensis mox in eam cauitatem descendimus, quæ est in Pyramidis centro. Paulum progressi, puteum ad dextram vidimus, cuius Plinius meminit, quem octoginta sex cubitorum flumine Nilo admisso scribit: nunc verò ea profunditate non conspicitur, nam lapidibus saburratus atque obturatus est. Est autem meatus vnus ad putei sinistrum latus, angustus, per quem ad superiorem concamerationem ascendimus spatiosam, in ipsius Pyramidis centro in cubiculi modum constructam, passuum quatuor latitudinis, sex verò lõgitudinis, politissimis lapidibus adornatam, in cuius medio grandis arca ex marmore nigro excisa, duodecim pedes longa, vlnæ altitudine, sex pedum latitudine visitur: in qua etiam si à veteribus nihil traditum sit (credibile est corpus Regis cuiusdam Aegyptij conditum olim fuisse,

Pyramidũ basis quadrangula.

Pyramis amplissima intus cõcaua est.

Puteus in amplissima Pyramide.

Arca marmorea in Pyramidis amplissimæ cẽtro.

se, quemadmodum & in Sphinge iam antè diximus. Multos in ea offendimus vespertiliones nostris in hoc dissimiles, quòd caudam habent, vt mures, oblongam, multum extra alas prominentem: qui cum vnicum, interdum binos peperierint catulos, hamis quos in alis habent, de lapide suspendunt: eos deinde vberibus lactant, quæ in pectore hominum modo posita habent. Pyramidis pars quæ ad Septentrionem vergit, caduca magis est atque absumpta, quàm illæ quæ vel ad Orientem aut Occidentem atque adeò Meridiem spectant. Quod hac ratione accidisse censeo, quia Septentrionalis pars quæ Aegyptum aspicit, humiditati magis est obnoxia, vtpote quæ vento humido assiduè afflari soleat: qui cum in nostra regione omnium siccissimus sit, ibi humidissimus est propter Nili inundationem, ita vt etiam durissimis corporibus infestissimus sit. Sed de maiori hac Pyramide hactenus. Antequam verò ad alias transeã, mihi visum est adiicere, quòd Aegyptij sua monumenta edito loco multis de causis statuebant: præcipua tamen fuit, vt sepulchra quæ seruata funera complecterentur, ab inundatione immunia essent, neque modo vllo mergi possent. Huiusmodi aũt sunt tres illæ excelsissimæ, de quibus Plinius scribit. Sed Aegyptus inter mira ac memoranda narrat harum cacumina extrema, quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres orbem terrarum impleuere fama, sanè conspicuæ vndique annauigantibus. Hactenus hoc loco Plinius de tribus illis excelsiori loco positis intelligit. Hìc autem, vbi annauigantibus habet, non de mari est intelligendum, sed de Nilo. Longius enim à mari absunt, quàm vt inde possint conspici: sed tempore sereno his qui in Nilo nauigant, etiam vel lõgius quàm viginti milliaribus videri possunt, scilicet quòd locus in quo sitæ sunt, sit editus vltra Nilum, Aegyptus verò humilis ac depressa. At amplissima quã iam ante descripsi, eminus conspecta minor apparet, quia altera quæ est ea inferior, paulò supra æditiori loco sita est. Tres autem istæ Pyramides instar montium in aërem assurgere videntur, idque multo magis iis qui longius absunt, quàm ad eas propius accedentibus. Non alibi verò quàm vltra Nilum Pyramides in Aegypto reperiuntur. Quas autem Plinius enumerat, earum vnam in Arsinoite nomo, duas in Memphi non procul Labyrintho esse dicit, mihi planè diu etiam vestiganti nunquam cognitæ sunt: nec video quomodo hæc eius verba intelligi possint, cùm scribit, Reliquæ tres, quæ orbem terrarum impleuere fama, sanè conspicuæ vndique annauigantibus: nam de iis tribus tantùm insignibus ille mihi dixisse videtur. Quarum maximam, amplissimam vocat, de qua iam antè diximus, de reliquis duabus paulò pòst dicturi. Nullus verò author reperietur, qui de pluribus maximis scripse-

Vespertiliones in amplissima Pyramide.

Vetus Septentrionalis in Aegypto humidissim.

Aegyptij sua monumenta æditio loco statuebãt.

Longius à mari absunt Pyramides.

Tres tãtùm Pyramides excelsæ.

rit, quàm de tribus illis quæ sitæ sunt in parte Africæ monte saxeo sterilique, non tamen inter Memphim oppidum, & quod appellatur Delta, vt Plinius scribit, sed supra Memphim & locũ qui dicitur Delta. Itaque cùm satis constet tres tantùm esse Pyramides, quarum vnam iam antè descripsimus, duæ superstant, de quibus reliquum est vt disseramus.

De altera antiquissima atque admirabili lapidea structure pyramidali. Caput. IIII.

Altera Pyramis æditiori loco sita.

ALteram Pyramidem voco, quòd magnitudine priori succedat. Ea procul maior quidem apparet, quia æditiori loco sita est. Sed propius contemplanti longè minor cernitur. Sunt ex neotericis quidam, qui eam marmore incrustatam fuisse scribãt, quod inde postea ablatum sit ad Memphis pontem exædificandũ: quibus facilè occurri ex hoc potest, quod Memphitici pontis ne vestigia quidem vlla vsquam extent, neque pons vnquam supra Nilum exædificatus fuerit. Hæc quoniam glabra est, nec externis areis seu gradibus scandi potest, paulò magis fastigiata apparet, fastigiúmque eius vsque adeò in acutum desinens, vt in mucronem turbinetur, cum prior illa cacumine ita sit obtuso, vt etiam supra eam multi simul stare possint. Compacta hæc est & solida, nec patentem habet aditum vt prior: seruati autem cadaueris cuiusdã sepulchrum esse constat.

De tertia eáque vetustissima Pyramidali suspicienda mole in Aegypto. Caput V.

Tertia Pyramis cæteris spectatior.

ESt & alia tertia nequaquam cum superioribus magnitudine comparanda, sed cæteris multò spectatior existimatur, quòd Aethiopicis lapidibus assurgat. Aliis duabus suprà descriptis longè inferior est, sed è longinquo, quia paulo altius in colle sita est, cæteris par videtur. Aethiopicus hic lapis, Basaltes marmor, alio nomine appellatur, quemadmodum paulo post in Sphingum formis docebimus, cuius tanta est duricies, vt ferro non cedat. Amplissima illa Pyramis æquè ac secunda, lapidibus arabicis assurgit. Solum in quo sitæ sunt arenosum est, quod Plinius non prætermisit. Arena, inquit, latè pura circum, lentis similitudine. Minimam istam ex his tribus omnium excellentissimam cum Plinio asseuero. Hanc à Rhodope meretricula factam fuisse scribunt.

Aethiopicus lapis. Basaltes.

De permultis aliis minoribus antiquis Aegyptiis Pyramidalibus molibus. Caput. VI.

NIsi infinitus, propè dixerim, aliarum Pyramidum numerus in harenosa solitudine, circum circa dispersus me in diuersum pertraheret, facilè concederem, Pyramides ociosæ plebis causa factas fuisse. Sed cum tam multas, nunc maiores, alias minores, & minimas viderem, circa quas Cryptæ, Busta, & Hypogea cernũtur, aliáq; cõcamerata ædificia, lapidibus maximis constructa, in quibus corpora condita seruarentur, facilè concludi potest, omnes illas corporũ iam seruatorum hominum fuisse sepulchra. In earum rimis permulti stelliones versantur, qui medicamentum quoddam, quod Græci Crocodileam vocant, cacant. Muscas enim venantur, quarũ pabulo stercora dura, leuia, albaque conficiunt. Europæi stercus Lacerti nominant: cuius rei tam magnus est vulgo apud Turcas vsus, vt nihil ad fucum mulierum sit vulgatius.

Pyramidũ numerus penè infinitus.

Stelliones Crocodilea.

Fucus mulierũ Turcarum.

De Pyramidibus extra Aegyptum, tum Romæ, tum alibi. Caput VII.

ROmani Pyramides etiam aliquando tandem conficere sunt aggressi, qualis illa. C. Cestij est admodum negligenter facta, ineptissimi profectò opus artificis: Nam inter trecentas plus minus quæ in Aegypto stant, ne vnã quisquam hiantem viderit, licet absque ferro coniunctæ sint. C. autem Cestij Pyramis quanuis ferruminata vndique plumbo, validóque ferro nixa sit, tamẽ circum circa ita fatiscit, vt Terebinthi, Caprifici, Genestæ, Capparis, Inodora laurus, Rubus, Cynosbatus, Absinthium in eius rimis enascantur. C. Cestij Pyramis quinquaginta lapidum marmoreorum ordinibus assurgit, sed interna materia ex calce, lapidibus, & cemento est. Externa ex albissimo marmore Thasio. Pyramidis moles ad angulos dissoluitur, quod basim internam non satis inter extruendum artifex firmauerit. Pyramidis nanque interna materia tantæ moli sustinendæ non satis idonea, depressior tandem facta cõcidit: Superficiem autem marmoream ferro & plumbo agglutinatam luxauit. Lapides non vbique æquales: alij siquidem aliis latiores sunt. Ea vero non vltra quinquaginta & centum pedes alta est, Lata autem passuum triginta. Est & alia Pyramis pro-

C. Cestij pyramis.

Stirpes ænatæ in pyramide Romana.

Thasium marmor albissimũ.

Pyramis Romana Ægyptiis dissimilis

xime Romæ vetustissima, non tamen mole adeò ingenti vt superior, sed structura vestutiore, figura dissimili, neque vt in aliis quadrata. Ea nō longè à collis supercilio inter locum qui Crotta rossa dicitur, & vrbe sita est. Tyberi penè abluitur. Basis lapidibus quadratis constat, sed vertex vbi ipsam Pyramidis formam assecutus est (nam basis èst veluti cubus) gradatim ex lateribus consurgit, in cuius vertice Ariæ arbusculæ, Alinternus, & Teucrion nascuntur.

Pyramides quas pontifices deleri iusserunt.

Permultas etiamnum Pyramides alias circa Romam constructas fuisse constat: quæ tamen ob id fortè quòd impedimento erant, à pōtificibus deletæ sunt, quemadmodum illa quam Alexander sextus diruit, quæ iuxta Adriani Sepulchrum stabat. Nuper etiam Paulus tertius alteram quadratam supra Mausoleum in via Flaminia cāpum versus, demolitus est. Quisquis autem has extruxit, imitatus videtur Aegyptios, qui procul ab vrbe suas Pyramides con-

Exigua Pyramis in Viennensi agro.

struebant. Est & Pyramis spectatæ pulchritudinis, admodum parua, medio milliari ad vrbe Vienna, sub Lugduno sita, quæ ad latus in vinea erecta stat: sed ea ab itinere longius non abest, quàm vt vno lapidis iactu pertingi possit. Antiquissima est, sed fortè hæc Pyramidis nomine propter exiguitatem digna nō est, veram quoque Pyramidis formā non habet, neque Obeliſci, quanquam ad Pyramidem magis accedat quàm ad Obeliscum. Antiqui in victoria nihil celebrius excogitare potuerunt, quo de hostibus ex tempore triumphum ostenderent, quàm vt ad Pyramidis formam trophæum erigerent, arma hostium in Pyramidis modum coaceruantes. Hactenus de Pyramidibus.

Trophęa ad instar Pyramidis erigebantur.

Sed cum Obeliscus non minori miraculo dignus credatur, meritò dubium cōmoui, vtrum amborum maiorem admirationē præ se fecerat. Ego certè nihil Pyramide mirabilius vnquam videri posse præ me fero, nisi suspicienda obelisci moles me in diuersum pertraheret. Quisquis itaque alter vtrum magnificētia excellere voluerit, hunc vel illam, per me licet: quapropter post Pyramides de Obeliscis disserere instituī.

De suspicienda atque admirabili permultorum obeliscorum maiestate. Caput VIII.

Nihil obelisco antiquius.

Est & in obeliscis tanta maiestas, vt maius nihil iudicari possit, neque antiquius, neque quod homines in maiorem admirationem rapiat. Quid enim miretur quisq; in hoc primum? inuentorem, an inuentum? artificem, an authorem? ausum aliquem hoc excogitare an suscipere, parêre, an iubere? Itaque iure miremur

Aegyptiorum vires, generositatem, tantámque magnanimitatem, vt ea etiam tentare ausi sint, quæ neque concipi animo, neque humano sermone enarrari, nisi ab iis qui viderunt, possint. Quis, quæso, trabem lapideam quadratam centum & viginti cubitos longam, sex cubitos latam, viginti quatuor crassã, excindi & perpoliri, deinde longius euehi, atque etiam per se ita stabilem rectam perstare posse crederet? Atqui eiusmodi quàm plurimas Aegyptij propter sepulturam exciderunt, quæ omnem temporis iniuriam superantes, adhuc illæsæ permanent. Trabes lapideæ.

Quod autem obelisci sepulturæ gratia excisi sint, vel ex hoc probari potest, quod & de Pyramidibus diximus. Nam quemadmodum si tres tantùm vel quatuor Pyramides excelsæ superessent, causa meritò quæreretur, cur perpetuitati dicatæ in tantam altitudinem assurgerent: Sic etiamsi pauci obelisci viderentur, dici quidem posset eos in honorem Solis, vel diui cuiusdam excisos esse. Sed vt multæ Pyramides aliæ aliis maiores supersunt, vt etiam multæ non excedant cubitos decem, ita & de obeliscis dicendum: nonnulli enim tam exigui reperiuntur, vt viro altiores non sint. Hinc minimè eorum sententiis subscribere censui, qui putant ob id excisos fuisse, vt Soli dicarentur. Nam ego qui studiose singulos quos vidi, obseruaui, iam supra triginta animaduerti. Obelisci sepulchri causa excisi sunt.

Desinamus itaque causam inquirere cur Obelisci & Pyramides fictæ sint, cùm iam satis probauerim sepulturæ causa factos fuisse. Habent obelisci quod admiratione multò maiori dignum sit quam Pyramides. Hæ etenim ex multis lapidibus constant: Obeliscus autem ex vno solo. Hinc Romani cùm ex Aegypto obeliscos Romam accersiuerunt, (cuiusmodi fuerunt ij, quos diuus Augustus aduexit) Soli dicãdos voluerunt, vt fuit is quem diuus Augustus in circo magno statuit, & is qui in circo maximo diu pro Gnomone stetit ad deprehendendas solis vmbras. Sed Aegyptij nunquam in tales vsus eos destinarant. Antequam autẽ ad illum qui erat in campo Martio pro Gnomone positũ accedamus, primùm de his quæ Plinius sentit dicere decreui. Omnes enim ille Obeliscos ex Thebaico lapide esse his verbis annuit: Obelisci, Pyramides magnificentia superant. Obelisci Romã accersiti. „ Thebaici lapis.

„ Thebaicus, inquit, intinctus aureis guttis inuenitur in Aphricæ parte, Aegypto adscriptæ, coticulis ad terendã collyria cõueniẽs. Circa Syenẽ verò Thebaidis Syenites, quẽ ante Pyrrhopœcilon vocabant. Trabes ex eo fecere reges, quodã certamine obeliscos vocãtes, solis numini sacratos. Radiorũ eius in effigie est, & ita significatur nomine Aegyptio. Hactenus. Plinij verba si scrupulosius perpẽderimus, dubiũ in lapidũ Syenites & Thebaici nominibus excitabimus, & in aliis permultis, quæ iam suprà de trabibus Regum ex Syenite lapide. Sed disputationẽ omittẽtes, ad obeliscos redeamus. Mitres, qui in Solis

„ Syenites lapis.
„ Pyrrhopœcilõ lapis.

Mitres obeliscus vnus.

Sochis obeliscí quatuor.

Ramisis obeliscí duo.

vrbe regnabat, primus obeliscum instituisse Plinius scribit: Somnio, inquit, iussus, & hoc ipsum inscriptum est in eo. Etenim scalpturæ illæ effigiesque, quas videmus, Aegyptiæ sunt literæ. Postea & alij regum Sochis quatuor numero quadragenorum & octonorum numero. Ramises autẽ is, quo regnante Ilium captum est quadraginta cubitorum: Idémque digressus inde, vbi fuit Mneuidis regia, posuit alium, vndecenis pedibus per latera, cubitis quatuor opus id fecisse dicuntur viginti milia hominum. Hæc ille. Nos infrà rationes afferemus, quomodo fieri potuit, quod lapideæ trabes tantæ molis excindi potuerint. Sed quum maxima rei difficultas in subrectura mole consisterit, idem author opportunè hæc addidit: Ipse Ramises, inquit, cùm subrecturus esset, vereretúrque, ne machinæ ponderi non sufficerent, quo maius periculum curæ artificum denuntiaret, filium suum adalligauit cacumini, vt salus eius apud molientes prodesset lapidi. Hac animaduersione operis effectum est, vt cùm oppidum id expugnaret Cambyses rex, ventúmque esset incendio ad crepidines obelisci, extingui ignem iuberet molis reuerentia, qui vrbis nullam habuerat:

Smarræ obeliscus.

Eraphii obeliscus.

Nectabis obeliscus.

Hæc ille. Deinde alios duos recensét sine notis, vnum à Smarre positum, alterum ab Eraphio. Item alium Nectabis regis octoginta cubitorum, quem Ptolomæus Philadelphus Alexandriæ statuit. Item sex alios excisos obeliscos, sed à quo, non dixit. Et alij duo, inquit, sunt Alexandriæ in portu ad Cæsaris templum, quos excidit Mesphees Rex, quadragenum binum cubitorum. Hæc ille. Sed nos de duobus vltimis paulo pòst. Semnosertei quoque obeliscum addit, quẽ diuus Augustus in Circo magno statuit, & Sesostridis alium qui erat in campo Martio: de quo iamiam plura dicemus. Si porro quispiam obeliscos, quos ex Plinio iam antè scripsi, enumeret, viginti fuisse comperiet omnes ab Aegyptiis excisos: horum, imperatores multos Romam deuehi curauerunt. Sed ex Plinio non constabit, aut ex alio quouis authore, qui plures, quàm tres detulerint. Atqui, quoniam illæ qui in campo Martio pro Gnomone stetit, aliquid noui adfert, in eius explicatione diutius insistendum operæpretium esse duximus. Habet is in contemplatione sui aliquid, quod quẽcunque peritissimum mathematicum fortè remorabitur. Verùm, quum meum institutum eo tendat, vt obeliscos tantùm explicem, Plinij verba mihi hoc loco apponenda fuerunt: Ei, inquit, qui est in campo, diuus Augustus addidit mirabilẽ vsum ad deprehendendas solis vmbras, dierúmque ac noctium magnitudines, strato lapide ad obelisci magnitudinem, cui par fieret vmbra Romæ confecto die hora sexta. Quomodo locum istum, intelligam, antequam ad reliqua pergam, prius significandum mihi visum est. Puto enim Augustum circa obeliscum

Sesostridis obeliscus.

Semnosertei obeliscus.

Mesphei obelisci duo.

Obelisci sex excisi.

Obeliscus prognomone.

ſtrauiſſe humum lapidibus, ſed non longius quàm vmbra horæ ſextæ diei. Deinde ſequitur: Paulatimque, inquit, per regulas (quæ ſunt ex ære incluſæ) ſingulis diebus decreſceret, ac rurſus augeſceret: digna cognitu res, & ingenio fœcundo. Hæc ille. Ego regulas ex ære humi lapidibus incluſas putauerim, nõ autẽ ſurſum obeliſco. Manlius, inquit, mathematicus apici auratã pilã addidit, cuius vertice vmbra colligeretur in ſemetipſam alia atque alia incrementa iaculantem apice, ratione, vt ferunt, à capite hominis intellecta. Hactenus. Aenea pila aurata in vertice obeliſci impoſita vmbram ad ſtratas ex ære regulas ita iaculabatur, vt horæ in ſingulos dies ad ſolem & lunam deprehendi facilè poſſent. Sed quid Plinii ex hoc remoretur, eſt quod, dum ille viuebat, non bene congrueret vmbra quod quidem ex ſequentibus facilè innoteſcet. Hæc obſeruatio, inquit, triginta iam ferè annis non congruit, ſiue ſolis ipſius diſſono curſu, & cœli aliqua ratione mutato, ſiue vniuerſa tellure aliquid à centro ſuo dimota, vt deprehendi, & in aliis locis accipio: ſiue vrbis tremoribus ibi tantùm Gnomone intorto, ſiue inundationibus Tyberis ſedimento molis facto. Hæc ille. Ego verò obeliſcum minimè intorqueri aut in latus procumbere poſſe nunquam crediderim: oportet enim eum omnino ſuo cubo erectarium ſtare, quod etiã ſatis ex his quæ ſequuntur, liquet. Quanquam, inquit, ad altitudinem impoſitæ rei, in terram quoque dicantur iacta fundamẽta. Ex hoc Plinij loco, nonnullos eſſe ſcimus, qui probare conantur epicyclorum rationem nondum fuiſſe intellectam. Mirum eſt, ſi in trecentis annis ſolis curſus ita ſedem mutauerit, vt ab Auguſti tempore ad Titum & Veſpaſianũ Gnomon id ex obeliſco vmbræ non bene congrueret: eſſe tamen authores qui perſuaſum habent ſolem cum cœleſtibus orbibus terræ propiorem circa triginta millia Gallicarum leucarum eſſe factum à creatione mũdi. Qui his refragantur, hoc contra illos habent, quòd in rerum natura non poſſit dari vacuum dicant, & quòd ſi, ita vt volunt, haberet, daretur vacuum: & ideo hoc non admitti debere. Plinius ex Herodoto id mutuatus eſt, quod de Seſodoſtridis obeliſco ſcripſit: Tertius Rome, inquit, in Vaticano Caij, & Neronis principum circo, ex omnibus vnus omnino fractus eſt in molitione, quem fecerat Seſoſtridis filius Nuncorcus. Eiuſdem remanet & alius centum cubitorum, quem poſt cæcitatẽ viſu reddito ex oracculo ſoli ſacrauit. Herodotus enim libro ſecundo ſcribit Pheronem Seſoſtris filium oculis captum, cum ea clade liberatus eſſet, cum alia in aliis tẽplis donaria poſuiſſe, omnia memoratu digna, tum maximè memorabilia, ac ſpectaculo digna in templis Solis gemina ſaxa, quos obelos vocant à figura veru, centenũm cubitorũ longitudinis, octonũm latitu-

Aurata Pila in apice obeliſci.

Obeliſcos à figura veru dictos obelos.

dinis. Paulò pòſt addit. Sunt etiam ſepulchra, cuius nomen ſi nuncupauero hac in re, haud ſanctè fecero. Apud Saim in templo Mineruæ poſt totum delubrum, prope Mineruæ parietem, atque in phano, ſtant obeli, id eſt verua lapidea, lacúſque contiguus lapidea crepidine adornatus, & circũquaque probè elaboratus, magnitudine (vt mihi videtur) quanta in Delo qui dicitur Trochides. Hæc Herodotus. Multò plura apud Plinium de obeliſcis leguntur, quæ breuitatis gratia hic prætermiſi. Multiplex fuit obeliſcorum excindendorum modus. Diodorus nanque libro tertio, capite quarto ſcribit, Semiramim reginam ex Armeniorum montibus lapidem excidendum curaſſe, longitudine pedum cẽtum quinquaginta, latitudine verò ſpiſſitudinéque quatuor & viginti: quem magna curruum multitudine ad flumen delatum, nauique impoſitum, Babyloniam detulit, inque via inſigniori erexit, rem inſpicientibus admirabilem, à forma obeliſcum appellatum, inter ſeptem miranda opera annumeratum. Hæc ille. Nullus eorum quos Cæſares Romam vehendos curauerunt, ab eis vnquam exciſus eſt. Sed iam in Aegypto exciſos offendentes Romam deportarunt. E maximis vnicus tantùm ſupereſt integer erectarius, ſed nullo charactere inſignis, glaber eſt, & ſine notis, dempta Claudij Cæſaris inſcriptione. Is autẽ eſt quẽ Caius Cæſar importauerat, de quo Plinius admodum multa verba fecit. Eius latitudo tredecim palmos ab vno angulo ad alium colligit. Hunc hodie vulgus rude & imperitum Virgilij acum nominat, ſed falſo. Eius autem Obeliſci, quem diuus Auguſtus in circo magno conſtituerat, (quem exciſum à rege Semneſerteo dixit, Quo regnante Pythagoras in Aegypto fuerat,) centum & viginti quinque pedũ longi, nulla nunc extant veſtigia. Vulgo autem creditur, eum terra alicubi defoſſum iacêre. Volui Obeliſcũ Pheronis recenſere, quod alij non Pheronis, ſed Pharaonis pronunciant. Reges enim Aegypti Pharaones vocabantur. Sunt & Romæ obeliſci plures, ſed longè minores, quorum alij humi proſtrati poſt templum Mineruæ iacent, alij adhuc erecti ſtant poſt Pantheon. Item duo in Capitolio iuxta murum templi ad aram cœli viſuntur. Obeliſcorum crepidines in multis muris & quadriuiis Romæ conſpiciuntur. Nuper cum Romæ eſſem tempore Pauli tertij Pontificis Max. duo admodũ parui terra effoſsi ſunt, qui antea obruti erant, & conſepulti maceriis. Hactenus de Romanis. Sunt & duo Obeliſci inſignes in vrbe Alexandria Aegypti, circa palatium Alexandri magni, prope murum, quorũ alter humi procumbit in fruſta, alter erectus eſt, ſed ſemiſepultus, ita vt nulla eius pars præter quàm media appareat. Is tamen multo maior eſt, quàm ille qui nunc Romæ in Vaticano cernitur, qui propter ſuam inſignem magnitudinem,

Trochides in delo.

Obeliſcus Semiramidis.

Superſtites obeliſci romæ.

Virgilij acus.

Obeliſcus Pheronis.

Obeliſcorum crepidines in quadriuijs.

Obeliſci duo in procinctu mœnium Alexãdriæ

magnitudinem, à Cæsare nunquam Romam transferri potuit. Stat & alius excelsissimus in Aegypto, admodum insignis, erectus in agro, distans medio miliari ab horto Balsamorum, procul trium miliariorum spatio à Memphi. Locus ille vulgò Materea nominari consueuit. Cuius magnitudo tanta est, quanta illius qui nunc Romæ in Vaticano visitur. Est insuper & alius Byzantij in Hippodromo à Theodosio imperatore collocatus, cubò marmoreo altissimo nitens, sub cuius quatuor angulis quaternæ subsunt tesseræ, quibus sustinetur. Ingentis eum fuisse magnitudinis, crassitudo indicio est. Mutilus enim in præsentia & veluti truncatus apparet, cuius longitudo non amplius extenditur, quàm decies viri mediocris staturæ. Eam autem ad Solis vmbram dimensus sum, meam decies eius longitudini parem faciens. Characteribus maximis notatur, quemadmodum & alij obelisci, in quibus multa serpentium genera, & quadrupedum, vt sunt Ceraste, Viperæ, Chameleontes, Hippopotami, insculpi solerent. Fuisse etiam trilaterales obeliscos, authores prodiderunt: quod quidē facilè credidi. Mihi enim hoc ex crepidine vnius admodum insignis visa constitit: Nam quemadmodum artifices quadrangulum excidere valuerunt, eodem quoque modo triangularem facere potuerunt, cuiusmodi is fuit in cuius fastigio statuam impositam scribunt. Mentiri quoque Obeliscos ex cæmentis marmoreis homines aggressi sunt. Huiusmodi Obelisci mentiti moles gracilis, sed admodum excelsa, marmoreis lapidibus ferro & plumbo inuicem iunctis Byzantij in Hippodromo adhuc extat. Is verò qui eam fecerat, bracteis æreis conuestiuerat, atque auro illeuerat, qua mole obeliscum aureum repræsentare posset. Quem quidem tunc conspicuum fuisse nemo dubitauerit, sed quia nunc suis bracheis nudatus conspicitur, vili æstimatur: nam marmor tantùm reliquum est vndique perforatum, quod ideo factum erat, vt laminæ æreæ illi iunctæ melius hærerent, dum plumbo vel ferro conglutinarētur. Quemadmodum autem Romani olim Obeliscis cæterisque Aegyptiorū superbis opibus illustrem reddebant: sic etiam nunc Principes externi Romanis reliquiis regias suas exornare studēt. Quod ni à summo Pontif. grauissimo indicto supplicio execrationisque pœna irrogata interdictum esset, ne quis lapides, marmoraq; illa admirandæ vetustatis alìò transferret, nunc Roma illis prorsus quibus olim gloriabatur opibus spoliata esset. Tamen cum tantæ Aegyptiarum reliquiarum moles supersint, vulgus lapidem ex quo Obelisci excisi sunt, variè distinctum animaduertēs, atque etiam ex eo columnas ingentis crassitudinis & altitudinis immensæ, factitium lapidem esse putat, imò vulgo etiam credit arte fusum. Sed rem aliter habere, erroresque causam in-

Obeliscus excelsissimus circa Memphin.

Obelisc. Constantinopolitanus.

Trilateralis obeliscus.

Mentitus obeliscus.

Obeliscus bracheis aureis contectus.

Factitius lapis.

Fusilis lapis.

dicabo. Lapidis enim huius natura ea est, vt totus granulis veluti compunctus nigris, cæsiis, subrubris, & cinereis appareat: vt signinum opus esse tibi facilè persuaseris. Homines ob eius magnitudinem in admirationem adducti, vix credunt arte humana ex solido lapide excidi vnquam potuisse. Sed hoc facilius ferunt, rem tam mirabilem videntes, cùm audiunt ex diuersa materia factam nempe fusilem, & quod materia illa ex qua conflatur, paulatim superindita, lapidem in immensum insurgere faciat, vt quantumlibet altus in turris modum euehatur. Id tamen esse falsum, vel ex hoc probari potest, quod lapis hic quem iam antè ex Plinio à maculis sturni Pharonium, vel (quòd ex lapidicinis Thebanis excidatur) Thebaicum nominaui, supra omnes lapides duriori corporis callo constet. Siquidem is verus lapis est ex solido monte excisus: sed ea est lapidicinæ natura, vt totus mons lapideus multa milliaria longus, ex solidissimo & compactissimo lapide sine venis constet: ex quo Colossi, Obelisci, Trabes, & id genus miraculo res dignæ, duo, tria, vel quinque milliaria longæ (si humana arte fieri posset) excidi possent. Proinde non est quod miremur lapidis huius naturam. Ita enim à summo omnium rerum artifice ab initio mundi comparatum est. Sed artificum industriam, & hominum ausum magnificiamus. Continuis enim & diuturnis operibus, verua quæ intuentium mentes in magnam sui admirationem rapiunt, erecta & perfecta sunt.

Pharoniũ marmor.

Mons ex cõpactissimo lapide constans sine venis.

De structuris antiquis admodum superbis multorum Labyrinthorum, qui sepulchri causa fiebant.

Caput IX.

POrtẽtosissimũ quoque Mœridis Aegypti regis sepulchrũ fuit, quod Labyrinthum multi appellarunt. Plinius de hoc quanquam multa dicat, nullam tamẽ certam adfert rationem cur ita factus sit. Eius hæc sunt verba. Dicamus & Labyrinthos, vel portentosissimũ humani ingenij opus, sed non (vt existimari potest) falsum. Durat etiam nunc in Aegypto in Heracleopolite nomo qui primus factus est ante annos, vt tradunt, III. M. DC. à Petesuco rege, siue Tithoë: quanquam Herodotus totum opus regum esse dicit, nouissimèque Psammetichi. Causam faciendi variè interpretantur. Demoteles regiam Motherudis fuisse, Lycius sepulchrum Mœridis, plures Soli sacrum id extructum, quod maximè creditur. Hactenus Plinius. Atqui ego sepulchrum potius censeo, quàm quidpiam

Querit rationẽ Plinius cur labyrinthi facti sint.

aliud. Nam magnifica istiusmodi opera, qualia etiam sunt Mausolea, sepulchri causa extruebantur. Sepulchrum enim Mausoli ab Vxore Arthemisia factum ingenti luxu perfectum Plinius scribit, & inter septem orbis miracula numeratur. Lemnius Labyrinthus, cuius sepulchrum fuerit, planè ignoratur. Fuisse tamen sepulchrum, quemadmodum & Italicum, liquidò constat. Plinius suo quoque tempore eius adhuc reliquias extitisse scriptum reliquit. Ego verò Lemnij diligenter quæsiui vestigia Lemnum lustrando, sed nulla eius mihi prorsus visa sunt: nec incolarum quenquam reperi, qui aliud quàm eius ruinas quasdam mihi indicare posset. Quod si tempore Plinij, Cretici nulla extabant vestigia, facilè credi potest, neque etiam nunc aliqua videri posse. Attamen vulgus Cretensium locum quendam in Creta ostendit, quem Labyrinthum vocat. Ego autem quandoquidem insulam lustraui, paucis ostendã, quid eius ibi videri possit. Locus est inter Gnosium & Cortynam, qui cum olim ad lapides excidendos admodum idoneus videretur, indigenæ eius loci lapidicinam ibi construxerunt, ex qua cum multi lapides indies excid erentur, multa subterranea excisa sunt diuerticula, ita vt cum quis per lapidicinã incedit, in multos anfractus incurrat. Lætho flumini vicinus est Pseudolabyrinthus ille, in quem cum quispiam est ingressurus, necesse est eum rusticos è vicino pago, siue à Gnoso vel Cortynia (quam Metariam vocant) accersere, vt cum candelis ingrediatur. Sed in ea tot vespertiliones stabulantur, vt nisi quispiam sibi ab eis caueat, dum obuolant, suis alis faces extinguant. In lapidicinæ autem centro, magni reperiuntur stercorum vespertilionum acerui, tenellíque adhuc eorum catuli pendentes. Patres cum volare desierint, se nec parieti affigũt, nec in pedes stant, sed illic in trabe pẽdent, quod nostri in lignorum rimis faciunt. Labyrinthum Aegyptium Herodotus sepulchri causa extructum mirabilem describit his verbis: Post Vulcani sacerdotem regem suum, inquit, Aegyptij libertatem adepti, duodecim sibi reges (nullo enim temporis momento poterant sine rege viuere) deligunt in totidem partes omnem Aegyptũ distinguentes. Isti iunctis inter se affinitatibus regnabant, initis pactionibus, ne mutuò auferre imperiũ conarẽtur: néve quis plus alio quidpiam obtinere quæreret: sed vt essent inter se quàm amicissimi. Atque ea de causa has pactiones arctas accuratásque inierunt, quòd eis inter initia simul atque tyrãnides inuaserũt, responsum fuerat, qui in templo Vulcani ærea phiala libasset, eũ totius Aegypti regno potiturum. Vbi omnia sacra executi sunt, placitum est eis aliquod relinquere sui commune monumentum: ex eóque pla citò fecerunt Labyrinthum paulò supra stagnum Myrios, maximè vrbem Ver-

Mausoleũ.

Lemnius labyrinthus.

Italicus labyrinthus.

Creticus labyrinthus.

Cretici labyrinthi vt nunc ostẽditur descriptio.

Metaria.

Vespertiliones in Pseudo labyrintho.

„ Labyrin
„ thus Æ-
„ gyptius.

„ ſus quæ dicitur crocodilorum: quem ego aſpexi fama maiorem. Si quis enim
„ ex Græcorum narratione muros & operis ſpeciem ratiocinetur, minus conci-
„ piet quàm pro labore & ſumptu huius labyrinthi. Tametſi & Epheſi tem-
„ plum eſt memoratu dignum, & in Samo, tamen Pyramides erant ad narran-
„ dum maiores: quarum ſingulæ multis ac magnis operibus Græcis æquiparandæ
„ ſunt. Sed eas quoque Labyrinthus antecellit. Etenim duodecim eius aulæ ſunt
Deſcri. „ tecto opertæ, portis oppoſitis altrinſecus: ſed ad Aquilonem contiguæ, totidem
ptio Æ- „ ad auſtrum vergentes, eodem extrinſecus muro præcluſæ. Bifaria in eo ſunt
gyptij „ domicilia: vna ſubterranea, altera ſuperiora illis impoſita: Vtraque numero
Labyrin „ tria millia quingenta. Quorum ea quidem quæ ſuperiora ſunt, ipſi vidimus,
thi. „ & quæ aſpeximus enarramus. Subterranea verò auditu didicimus. Nã præ-
„ poſiti Aegyptiorum nolebant vllo pacto illa monſtrari, quòd dicerent illic ſe-
„ pulchra eſſe tum eorum regum, qui ædificandi labyrinthi fuere auctores: tum
„ ſacrorum crocodilorum. Ita de inferioribus ædificiis fando cognita referimus.
„ Superiora ipſi aſpeximus humanis operibus maiora. Nam egreſſus per tecta,
„ & regreſſus per aulas diuerſiſſimi, infinita me admiratione afficiebant. Ex
„ aula in conclauia tranſitur: ex conclauibus in cubicula: è cubiculis in ſolaria
„ alia, è conclauibus in alias aulas. Horum omnium lacunar, quemadmodum
„ parietes, lapideum eſt, ſculptilibus paſſim figuris ornatum. Singulæ aulæ ma-
„ xima ex parte digeſto lapide albo, columnarum ambitu redimitæ. Angulo
„ quo finitur labyrinthus, adhæret pyramis quadraginta paſſuum: in qua grãdia
„ ſunt inſculpta animalia, ad quã iter ſub terra fit. Et cùm talis ſit Labyrinthus,
„ tamen ſtagnum myrios, ad quam Labyrinthus ædificatus eſt, plus præbet ad-
„ mirationis. Hactenus Porſenæ Regis Hetruriæ ſepulchrum. Plinius etiam
Labyrin „ Italicum labyrinthum vocauit. Nanque & Italicum, inquit, dici conuenit,
thi Itali- „ quem fecit ſibi Porſena rex Hetruriæ ſepulchri cauſa, ſimul vt externorum
ci deſcri „ regum vanitas ab Italis ſuperaretur. Sepultus eſt ſub vrbe Cluſio, in quo loco
ptio. „ monumentum reliquit lapide quadrato: ſingula latera pedum lata tricenum,
„ alta quinquagenûm: inque baſi quadrata, intus labyrinthum inextricabilem:
„ quò ſi quis improperet ſine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Supra id
„ quadratum Pyramides ſtant quinque, quatuor in angulis, & in medio vna, in
„ imo latæ pedum ſeptuagenûm quinûm, altè centum quinquagenûm: ita faſti-
„ giatæ, vt in ſummo orbis æneus & Petaſus vnus omnibus ſit impoſitus, ex
„ quo pendent excepta catenis tintinnabula, quæ vẽto agitata, longè ſonitus re-
„ ferant. Hæc illæ. Cum Romani (vt iam diximus) ſuperbas moles Aegyptiorũ
æmularentur, ſimilia quædã perquàm magnifica opera vt extruerent operam

dederunt, quorum multa etiam nunc adhuc supersunt, insigniora autẽ cuiusmodi est Adriani moles, nunc vulgus Sancti Angeli arcem nominat, recensere volui. Duos ea habuit ambitus, & duplicem columnarum ordinem. Primus ambitus quadratus ex solidis lapidibus fuit, interior moles oblonga & prælta ex Pario marmore. Ex hoc duplici ambitu arx nunc est extructa. Columnæ quæ circumpositæ fuerunt, ad S. Petri basilicam ornandam translatæ sunt, & earum loco ad arcis munitionem alius murus circundatus. Fuit olim commune omnium Antoninorum monumentum: id quod inscriptiones ex antiquitate relictæ testantur. Item Seueri opus sanè mirum & magnificum supra Sephizonium, inter Palatinũ & Cœlium extabat. Sed de Septena columnarum serie ex qua assurgebat, non plures quàm tres series supersunt, vna alteri superimposita, quarum vna tantùm quæ Eurum spectat integra permansit. In prima secundáque parte supersunt columnæ octo, in tertia sex. Est & in Valle Martia, Moles rotũda ex immẽsis aggeribus marmore olim Lunensi incrustata, inter viam Flaminiam & ripã Tiberis, post ædem S. Rothi. Habuit plura ostia, & loculorum seriem, intra aggerem, quorum adhuc vestigia apparent. Quòd autem in molis marmore multa capita boum cum cornibus Scheleta sculpta appareant, vulgus Italicum Cauo del bo nominat. Est etiam Drusi Germanici moles rotunda in agro paulò supra Maguntiam, quæ etiam sepulchri causa extructa est.

Adriani Moles.
Arx S. angeli.
Seueri opus magnificum.
Cauo del bo.
Drus. Germanici moles.

De tumulorum æditorum, qui populorum sepulchra erant, amplitudine. Caput x.

Quisquis æditorum tumulorum maiestatem intuebitur, non minoris quàm Pyramidis, Colossi, aut Obelisci cuiusdam magnificistructuram admirabitur. Tumulos eos intelligo cuiusmodi nunc circa Troadem, & in Thracia cerni possunt. Tales enim sunt, vt montes supra se inuicem sessiles videantur, meritóque eius loci regum sepulchra esse credantur. Tumuli quoque nomine, latini terram Sepulchrorũ tumentem appellarũt, quod ex Virgilio. 3. Aeneidos liquet. O fœlix, inquit, vna ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis iussa mori. Quemadmodum autem Aegyptij suam æternitatem in Pyramidibus comparari existimabant: Sic Thraces in editissimis tumulis. Quod si per Thraciam iter facias, vbique colliculos arte quadam constructos contemplabe-

Tumuli regum Thraciæ excelsi.
Tumuli cũ Pyramidecollatio.

ris: ad quos si propius accedas, nõ te in minorem admirationem rapient, quàm si artificiosissimam architecturam contempleris. Est planities vasta Gallipoli vrbi finitima, ad Hellesponti fauces sita, in qua tam numerosi atque etiam editissimi tumuli stant, vt vix à quoquam numerari possint. Est & alia grandis planities inter Philippopolim Macedoniæ vrbem, quam præterfluit Hebrus, & Adrianopolim, in qua egestorum tumulorum infinitum esse propemodum dixerim numerum. In quibus Romanorum corpora quæ in bello quod ab Augusto & Marco Antonio aduersus Brutum & Cassium gestum est, cecidêrunt, sepulta esse traduntur. Alij Cæsaris & Pompeij milites, qui in conflictu occubuerant, ne sepultura carerent, tumulis obrutos credunt. Sed cum tumulus nihil aliud quàm terra tumens sit, multi sibi colles pro sepulchro in altioribus iugis elegerunt. Notatur & Protesilai sepulchrum in tumulo, atque Achillis tumulus. Alterum in capite Gymneseo, alterũ in capite Iargano ad hunc vsque diem circa Troadem perdurasse videmus: quos qui Constantinopolim nauigant, etiam à longè stantes è naui contemplari possunt: quemadmodum & permultos alios vtrinque ad Hellesponti & Propontidis oras. Quæ mihi conformia esse videntur cum iis quæ ab Herodoto de sepulturis Thracum in hunc ferè modum scribuntur: Optimatibus, inquit, tales sunt sepulturæ: prolato triduum cadauere, mactatísque omnifariis hostiis conuiuantur, illúdque defletum prius, deinde combustum sepeliunt, aut aliter humo contegunt: adgestóq; desuper tumulo, cum alia omnis generis certamina proponunt, tum certa cum ratione monomachiam, id est singulare certamen: & sepulturæ quidem Thracum huiusmodi sunt. Hactenus Herodotus.

Protesilai & Achillis Sepulchrũ in Tumulis.

Thracũ tumuli.

De permultis aliis minoribus sepulchris, & de sepulturis antiquorum. Caput XI.

Sepulchra religioni dicata.

Sepulchra violasse, summi olim sceleris loco habitum fuisse, satis compertum est. Nam ea primùm, vt opera censebantur publica, ac religioni dicata. Quod & legis verba ostendunt, vbi corpus mortui hominis condas, inquit, sacer esto. Cui conueniunt, quæ in secundo naturalis historiæ Plinij habentur. Terra nouissimè nos complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operit, nullo magis sacramento, quàm quo nos quoque sacros facit. Sed & in Numa Plutarchus mortuos appellat sacros, quorum sacra sint sepulchra. Quod & Græ-

corum ſententia comprobatur, qui enuntiant ſubinde ἀκίνητα μὴ κίνειν, *hoc eſt, non mouenda relinquí oportere. Quod & in prouerbialem ceſſit vſum. Id poſt alios teſtatur in amatorio ſermone Plutarchus. Sunt è Iureconſultis, qui ſacrum dici ſepulchrum opinentur, in quo caput hominis ſit reconditum, etiam ſi membra abſint reliqua. Quin offenſo capite, violatum intelligi ſepulchrum: quoniam ſit ſenſuum arx caput, ac rationis: eóque amoto, reliqua iacêre ignota prorſum, ac omni decore exuta. Quamobrem quic quid honoris capiti attribuitur, vniuerſo planè contributum corpori exiſtimatur: quæ Ambroſij ſententia eſt. Proinde nulla ferè tam effera gens, quæ non habendam ſepulchrorum rationem ſenſerit: præter neſcio quos Lotophagos, quos ex vltima prædicant barbarie ſuos in mare defunctos, capeduncúlis ac loculis prorſum neglectis, abiicere, parum intereſſe aſſeuerantes, humóne, an aqua, an igne diſſoluerentur. Albani etiam curam mortuorum agere, nefas arbitrabantur. Sabæi corpora defunctorum æquè atque ſtercus ducebant. Quinetiam reges in ſterquilinia abiiciebant. Troglodytæ, mortui pedibus ceruicem alligabãt, & raptim cum riſu & iocis efferebãt, nullâque loci habita cura terræ demandabant ad caput cornu caprinum affigebãt. Verùm hos vt immanitate ac barbarie notiſſimos nemo non vituperandos execrandóſque cenſuerit, longè etiã magis Scythas, quibus moris erat, inter epulas honoris cauſa, mortuos vorare. Nec tamen id Scythis omnibus in more fuiſſe, author Herodotus eſt, hiſtoria quarta. Fuere quoque & qui canes nutrirent in Hircania, quibus vita functos vorandos obiicerent. Athenienſibus autem ſepulchrorum tanta cura fuit, vt ſi quis dux eos qui in bello cecidiſſent, honeſtare ſepulchro neglexiſſet, capite plecteretur. Spartæ cadauera veſte contegebantur punicea, Oleæ præterea foliis adiectis. Epitaphium autem carmen, quo defuncti exprimeretur nomen, ſepulchro inſcribere haud illic fas erat, præterquam viris in bello ſtrenuè occumbentibus. Mulieri honos habebatur idem, modò* ἱερῶς *interiiſſet. Macedonibus item ſic tradito more, vt vix vllum militiæ tam ſolẽne munus eſſet, quàm ſuos ſepelire. Apud Hebræos lege cauebatur, ne quis vel hoſtem inſepultũ quidem relinqueret. Illud verò ſacra olim fuiſſe ſepulchra arguit, quòd ex lege duodecim tabularum, veſtibulum aditúmque ad ſepulchrũ vſucapere non licebat. Sancitum quoque lege ſcimus, vt ei grauis irrogaretur mulcta, qui buſtum violaſſet, aut ex ſepulchro columnã deieciſſet, fregiſſéve. Vlpianus Iureconſultus. Sepulchri, inquit, violati actio infamiã irrogat. Paulus quoque ita ſcribit, Rei ſepulchrorũ violatorum, ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint, humilioris quidem fortunæ ſummo afficiũtur ſupplicio: ho-*

Senſuum arx caput.

Omnis gẽs ſepulchrorum rationem habet.

Scythas mortuos vorare ſolitos.

Hircani mortuos canibus vorandos obiiciebant.

Sepulchra pro ſacro ſemper habita.

„ *nestiores in insulam deportantur, aut relegantur, aut in metallum damnantur.*
„ *Caius tamen scribit: Sepulchra hostium nobis religiosa non sunt, ideóque lapides inde sublatos in quemlibet vsum conuertere possumus, nec sepulchri violati competit actio. Scribit Appianus quàm plurimos diuites inter cætera legem agrariam recusasse, quòd suorum maiorum monumenta ad alienos transire impium duceret. Etiam si Pomponius scribat: Dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post venditos fundos adeundorum sepulchrorum esse ius.* ἀποτάφους *eleganter vocant eos Græci, qui maiorum sepulchris sunt exuti. Sepulchra autem in agris fuisse, cum multa comprobarint, tum id maximè quòd Vlpianus scriptum reliquit. Diuum Adrianum pœnam statuisse aureorum quadraginta in eos qui in ciuitate sepulchrum feci ssent, quam fisco inferri iussit. Et in magistratus eandem statuit pœnam, qui id passi forent. Quin & publicari iussit locum, & inde cadauer transferri. Traianum tamen scribunt historici, intra vrbem solum omnium & in foro sepultum, quum morbo apud Isauriæ Seleuciam interiisset. Sed ducibus etiam datum ac posteris Plutarchus scribit, vt in foro sepelirẽtur. Sepulchra in vrbibus admissa quãdoque Duellio consule inhibuit Senatus: Imperatoribus tamen datum & Vestalibus, vt in vrbe contumularentur. Nam & nocentes virgines, in campo scelerato intra vrbem viuæ adobruebantur. Persarum reges, in monte qui Persepoleos arci ab oriente incumbebat, nomine Regius, sepeliri mos erat. In eius meditullio (mirum dictu) sustructiones visebantur, quæ reges caperent defunctos. Sed ita vt ascensu nullo, machinis sublata conditoria reponerentur. Hephestionis funus apud Babylonem ab Alexandro celebratum, cætera quæ toto sunt terrarum orbe vsquam ædita, magnificentia & sumptu facilè excesserit. Ad duodecim siquidem talentorum millia in illud impensa tradũtur: quo nomine in Prouerbij faciem trahi potest. Postremò in hoc vetustatis iucũda subit recordatio. Stabant maiorum sepulchra lineamentis astructa exquisitissimis, non deerat columnarum copia, splendebant crustationes, nitescebant & signa ac tabulæ, spectabantur ducti ære aut marmore vultus artificio pereleganti. Scribit Marcellinus, Thucydidis sepulchro fuisse Icrium appositum. Id verò Cenotaphij γνώρισμα, id est signum fuisse Athenienſibus patrium ac legitimum, vbi quis patria excidens, nubi haud foret sepultus. Icrium verò, surrectum vocant lignum. Sunt eo item nomine Tabulata nauium, vt & Theatrorũ. Erant in cõcionibus quoque Icria, in quibus sederent ante vsum Theatri, Illud auctarium item fuerit: Vigilantium quendam, aut verius dormitantum (vt inquit Hieronymus) Cinerarios & Idololatras solitum appellare omnes, qui*

Icriũ surrectum lignum est.

Cinerarij.

nes, qui martyrum reliquias venerarentur. Dicebatur etiam Pothos, corolla ex Potho, qui duplex esse creditur: Alter Hyacinthi flore, candidus alter, quo sepulchra coronabant, vnde conciliatum rei nomen, vt quæ desyderatis iam foret destinata. Proinde apud Theophrastum Pothos latinè desyderiū à Theodoro redditur. Amarantho quoque sepulchra coronari solita Philostratus scribit, orto ab Thessalis initio, qui Achillis tumulum ad eum modum coronarēt. Dioscorides non sepulchra, sed deorum simulachra eo flore coronari scribit. Sepulturæ genus vnum beatissimè à Plinio traditur. hoc quidem in mari, quod apud Hyperboreos statuitur, quos fabulosis celebrāt miraculis. Annoso, inquit, degunt ævo: ibi creduntur esse cardines mundi, extremique syderum ambitus, semestri luce & vna die solis auersi: non, vt imperiti dixere, ab æquinoctio verno in Autumnum. Semel in anno Solstitio oriuntur iis soles, Brumáque semel occidunt. Regio aprica, fælici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus iis nemora, Lucique, & deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota & ægritudo omnis. Mors non nisi satietate vitæ, epulatis delibutisque senibus luxu, è quadam rupe in mare salientibus, hoc genus sepulturæ beatissimum. hæc ille. Cadauera olim extra vrbes sepeliebantur, ea scilicet ratione, vt libera vrbis tetro cadauerum odore, minus pestilenti aëre inficeretur: & vt illac transeuntes viatores, virorum fortium res gestas in sepulchris inscriptas legentes ad præclara facinora obeunda mouerētur, alacrioréque redderentur. Hæc quoque causa videri potest, si fortè bellum ingruisset, ne hostes in suorum maiorum monumenta grassari paterentur, sed alacriori eos animo à mœnibus vrbis propellerent. Illud quoque valde notatu dignum adscribere visum est, defunctorum corporibus, & in quibusdam morbis, maximè phtisicis, capillos augescere.

Pothos quid.

Amarāthо sepulchra coronari solere.

„ Hyperboreorum sepultura.

Quare cadauera olim extra vrbes Sepelirentur.

De sepulchris & sepulturis Turcarum. Cap. XII.

DE Turcarum sepulchris & sepulturis nihil prorsus in præsentia traderem, nisi ea iam longo antè tempore apud eos agens conscripsissem. Siquidem Lilius Gregorius summatim ista omnia quæ ad Turcarum exequias pertinent, abundè satis executus est. Quoniam verò multa in vrbe Prusia agens scitu digna annotaueram, quæ ad hoc nostrum institutum pertinere videntur, ea hîc quoque addenda putaui. Antiqua Turcarum lex est, vt eo qui Turcis imperat mortuo, quāuis decem ille liberos superstites, trésve, duos, vel quin-

Funera Turcarum quomodo habeant.

Prusias vrbs Regū olim Bithyniæ sedes.

que reliquisset, ne amplius quàm vnus totum obtineret imperium: quo quidē potitus, ille fratres è medio tollere cogitur, neque eis parcere potest. Postea quam autem eos omnes occiderit, cadauera Bursiam (ea est Prusias) referri imperat, vt Turcarum more sepeliantur, sepulchróque honoratissimo condantur. Quapropter postquam iam senex imperator pater decessit, cum non possit ipse imperium filiis diuidere, id siquidem Genisarij non paterentur, illi copias instruunt, ac exercitum parant. Filiorum tamen ille, cui Genisarij fauent, sine dubio imperat. Ille itaque qui communibus suffragiis salutatus est imperator, alios fratres persequitur: quos cum superauerit, nunquam cum illis paciscitur, aut vlla in fœdera venit, sed eos iugulari suffocarive, aut eis caput amputari iubet. Quòd si aufugerint, eos exules esse patitur. Sin bello decertent ac vincantur, ne latêre quidem possunt, quin demum capite plectantur. Illi tamen post mortem, vt dixi, sepultura non carent. Nam hic mos apud eos est, vt qui imperium cæteris omnibus fratribus occisis tenent, fratrum quos occiderit, cadauera Prusiam, vbi sunt Cœmiteria imperatorum, mittat. Flagitium autem apud illos non putatur, suos imperatores occidere. Ea verò cadauera Prusiæ sepeliebantur, quæ nunc Bursia vel Burſa vocatur, antequam Turcæ imperium Constantinopolis obtinerent. Tunc enim Prusia sedes erat imperij orientalis. Nunc verò Constantinopoli Cæsares eorum sepeliuntur, quo loco eis templa maxima construunt. Quantum ad Bursam attinet vel Prusiam, in ea nunc sepulchra eorum qui à fratribus occisi sunt, vltra quàm triginta visuntur. Vrbs hæc iuxta montem Olympum, non longè ab Orminio monte, ad montis radices, in Phrygia sita, in decliui velut pendens esse videtur, quæ magnitudine & diuitiis cum Byzantio comparari facilè potest. Gaudent in viridariis Turcæ sepeliri. Ideo optimates in vrbibus hortulos mœnibus cingunt, in quibus conditorium erigunt. Hortulum rosis circumceptum, & aliis arboribus adumbratum fieri curant, atque ita muro circumcludunt, ne bestiæ insultare, aut locum conspurcare queant, quòd cancellatas habeat crates ferreas, per quas quisque spectare possit. In Arabia autem, vbi religionis Mahumetanæ sunt maximi obseruatores, longè diuersam habent suos sepeliendi rationem. Et in Syria, & maximè in vrbibus Aegypti, Arabes labrū iuxta sepulturam suam plenum aqua ponunt, in quam Mauri toti sese immergunt in remissionem peccatorum suorum. In vniuersum autem Turcarum penè sepulchra omnia lapidibus altis assurgunt, quæ meridiem maximè spectant: nam nomine meridiei Mecham intelligunt. Plato ab Aegyptiis id accepisse videtur, quod in suis legibus agros & maximè steriles sepulturis destinarit. Quam legem Aegy-

De Prusia vrbe.

Sepulturæ Turcarum

Syriæ sepulchra.

Turcarum sepulchra.

Platonis de sepulturis lex.

ptij ſeruabant, cum ſteriles & vaſtas ſolitudines in loco deſertiſsimo ſepulchris pyramidibúſque adimplebant. Nunc autem Turcæ maximos ſumptus, & nummos ingentes, in Xenodochiis fabrefaciendis & templis ædificandis erogant, quorum multa centena per Aſiam & Græciam extructa ſunt: ad quæ ſi externus quis aduena appulerit, cuiuſcunque religionis fuerit, illic triduum impenſis & ſumptu alieno aletur, modò velit manere in Xenodochio. Nam turca, qui illic ſepultus eſt, ſumptus quibus peregrini aluntur, donari iuſsit: vbi templum ædificauit, annuóſque reditus miniſtris adſcripſit. Huiuſmodi Abrahamus Bacha ad Bucephalam conſtruxit opulentiſſimum, non tantùm ad inopum & pauperum ſubſidia, ſed etiam diuitum: Siquidem optimates Turcas ſumptibus Xenodochij ali non pudet. Sepulchrorum autem ædificia, tam pauperum quàm diuitum, fiunt inſtar altaris: in quorum capite columnam erectariam ita conſtruunt, vt in columnæ ſummo capitatum diadema faſciis obuolutum ſpectetur, quod grandis galeri Turcici effigiem mentiatur, ſi quis vir illic ſepultus ſit: ſin autẽ fœmina, nõ itẽ. Hinc fit, vt multa antiqua inclyta ædificia inſignium vrbium, columnas, mœnia, & alia marmora Turcæ ad ſua Silicernia tranſtulerint, quod nunc in omnibus Aſiæ & Græciæ locis videri poteſt. Circa vias plurimùm ſepeliuntur, ſæpiſsime verò in decliuibus & ſyluestribus locis ac incultis. Arabes tamen, cum Turcicæ religionis maximi ſint cultores, tales tamen Galeros, (quos Turbannos vocant) ſuis ſepulchris non addunt. Credunt ſe reſurrecturos Turcæ, ideo aliquẽ præficiunt prophetã ſiue ſacerdotẽ, qui ad pedes ſepulchri aſsiduè precetur, & ita totos dies integros deſides terit monumẽta candelabris & cereis ad caput & pedes ornans. Huiuſmodi autẽ precatores qui ſepulchris aſsident, non in omnibus ſepulchris, ſed in optimatum tantùm & potentiorum regum viſuntur. Sepulchra inſcribere characteribus Arabicis Turcæ curãt. Sed mos ille non eſt veteris inſtituti. Quoniam autem paulatim externos ritus diſcunt, hoc à Græcis & Latinis habent. Honorificè ſuos quiſque ſepelit. Cum quis enim apud eos moritur ex maſculis, tum maſculi funus curant: Si fœmina, fœminæ. Cadauer abluunt, non Libitinarij opera, ſed eius quem pro arbitrio huic negotio præfecerint, nec curant Iudæus ſit, an Chriſtianus, quemadmodum Theſſalonicæ ſæpius cũ Iudæo quodã vidi. Iudæus enim peſte interemptos magno quæſtu ſepeliebat. Cadauera albis linteaminibus ac nitidiſsimis obuoluta induuntur: Poſtea efferuntur, & extra vrbem humantur. Turcæ populares paſsim extra vrbes ſepeliunt. Cemiteria etiam vt nos habent, nec in alterius ſcrobem ſuum funus defodiunt, ſed aliam excauant, in quam aliud nun-

Aduenæ aluntur in Xenodochiis Turcarum.

Credunt ſe reſurrecturos Turcæ.

quam sit immissum, vnde magnam sæpe planiciem videas tumulis tumentem.

Cœmiteria varia diuersarũ religionum in Turcia.

Armenos, Græcos, Latinos, Coptos, Aethiopásque Christianos illic sua habere peculiaria Cœmiteria suæ religioni dicata videas, qui quanquam diuersis vtantur linguis, & de religione diuersas habeant opiniones, tamen inter se pacificè viuunt: & seorsum ab inuicem templa, quemadmodum & cœmiteria, habent.

Persarum sepulchra.

Persæ sepulchra Turcarum modo magnifica erigunt, quemadmodum videre est apud Neocæsaream vrbem antiquissimam, à fundamentis tamen deletam, quam nunc vulgus Nisar vocat, quamque Lycus amnis vulgari Turcico nomine Chelit dictus, præterfluit.

Neocæsarea.

Vidimus in ea arcẽ in edito loco sitam non prorsus deletam, in qua vulgus credit reges Persarum olim fuisse sepultos,

Lycus amnis.

Lycus amnis illic Cappadociam ab Armenia maiori & minori diuidit.

De mõnumentis quæ olim è durissimo lapide fieri sunt solita. Caput. XIII.

Monumentum pro sepulchro vsurpari.

MOnumenti nomen veteres etiam pro sepulchro vsurparunt: nam monumẽtum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita, in quam si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum: nam monumentum dicitur quicquid nos monet, siue monere potest, vt sepulchra. Erant autem monumenta perennia, in quibus funera medicata condiebantur, & ad æternitatem erigebantur, quæ causa fuit, cur lapides omnibus aliis duriores, ad structuram monumentorum quærerentur, quales in Statonienſi erant, & Anicianis lapidicinis circa lacum Vosinienſem, quibus ne ignis quidem vis vlla nocere posset. Quæ quidem ita esse Plinius libr. 36. cap. 22. tradit. eosdem quoque & in monumenta sculptos, contra vetustatem

Ocricolanorũ monumenta.

incorruptos permanere scribit. Ocricolanorum monumenta quæ in agris passim conspiciuntur, ob vetustatem nõ esse nobis subticenda putauimus: in quibus etiam lapidem vidimus, in quo hæc insculpta legimus. Iuliæ Vcilliæ, Liuij, Iuliani filiæ patroni municipij, cuius pater Thermas Ocricolanis à solo extructas à sua pecunia donauit.

Thermæ Ocricolanorum.

Earum Thermarum mœnia adhuc inculpata perdurant. Sunt & alia monimenta concaua in turrem erecta, quorum nonnullis rotunda forma, aliis autem quadrata inest: nam diuersis modis in itinere distantia medio milliari ab oppido iacent, alia in medio vacua, alia solida & compacta.

Amphitheatrum antiquissimum Ocricoli.

Ibi quoque Amphitheatri reliquiæ supersunt quali figura extructi, partim ex saxo pumicoso, partim ex lateribus & calce, quod ego ante Romanum Amphitheatrum multos annos factum fuisse censeo. Monumentorum

etiamnum circa Nicomediam infinitus ferè cernitur numerus, in queis Hannibalis sepulchrum vidi in Lybissa Bithyniæ vrbe, quæ nunc Diacibe vocatur: Quo quidem tempore Dominus Aramontius Regis nostri legatus, maximo apparatu Soltanum Solimanum, qui bellum aduersus regem Persarum gerebat, sequebatur. in cuius comitatu cum essem, Libyssam venimus, quæ mari abluitur. Vrbis huius ruinæ supersunt, in quibus tamen nemo habitat. Colliculus illic est mœnibus circundatus, arcem in iugo sitam habens, in qua Hannibalem sepultum fuisse scribunt. Inter Nicomediam & Libyssam Saracen vrbem vidimus, Stephano multis verbis celebratam. Libyssa porro, siue Diacibe, vrbs est multum vicina Pantiche, in eadē Bithynia, inter Nicomediam & Pantichen. Alia quoque monumenta seu sepulchra traduntur, quæ adhuc secus ipsas vias cernuntur: vt in Ceramico apud Athenienses Sinopæi Diogenis, Archimedis apud Syracusas. Nos quoque patrum Abrahami & Iacobi sepulchra in vrbe quæ nunc vulgò Ebrom vocatur, ex Hierosolyma soluentes vidimus. Sed nunc tēplum quo sepulchra illa duo includuntur Mahometo est dicatum: Per foramen autem tantùm ea sepulchra inspeximus, quòd Christianis Moschetas Turcarum ingredi licitum non sit.

Hānibalis sepulchrū.

Aramontius Regis legatus.

Libyssa.

Patrum Abrahami & Iacobi sepulchra.

De sepulchrorum marmoreorum ruinis, quæ circa Thermas Troiæ extra mœnia vrbis, & Philippos, adhuc durant. Caput XIIII.

Solicitāt me marmoreorum sepulchrorum antiquorum ruinæ, quas circa Troadem & Philippos vidimus, vt de illis aliquid dicamus: Nam magna certè cum admiratione marmorum siue sepulchrorum marmoreorum lapides circa Troiam, vbique in variis locis sum conspicatus. Paulò supra arces Ilij, extra cinctum murorum, in ea Troadis parte quæ magis versus imbrum vergit, in itinere per quod descenditur à meridie versus orientem, vtrinque magnus sepulchrorum numerus visitur, quorum excauatæ bases instar arcarum marmorearum sunt: earum tamen maior pars abrupta est. Opercula vero integra adhuc spectantur, in quibus literarum quædam adhuc fragmenta legi possent, sed manca omnino sunt. In altera autem Troadis parte quæ imposita imbro, vrbis locum editionem habet, descendendo per portam quæ ab oriente ad meridiem vergit versus Lesbum, id est, ab altiori colle versus Thermas, in conualle inter colles, sepulchra

Marmorea antiqua sepulchra troadis.

Troadis Thermæ.

marmorea vtrinque in itinere penè innumera humi strata cernuntur: quorum tamen numerus maior est circa Thermas, quàm vsquam alibi. Thermarum autem aqua salsa est, quæ à Lesbo non longius quàm leucis tribus distat. Marmorum ruinæ circa illas Thermas tam accuratè sculptæ, & characteribus Latinis inscriptæ, Romanos aliquando illic magistratus habuisse indicant. Nam vnus lapidum IVLIO *inscriptionem habebat. Alius autem alibi* MAGISTRATVS. *Alia quoque sepulchra circa Philippos vidimus tam multa, vt*

Iter à Philippis ad Bucephalam.

numerari vix possint, quæ circa illud iter quo à Philippis ad Bucephalam itur, dispositæ sunt, eo modo quo circa Troadem ad Thermas. Hinc colligimus, quod & iam suprà ostendimus, antiquos ad vias publicas sepulchra collocasse. Sepulchra hæc ex grandi marmore in arcæ modum excauata, labrorum nunc Turcis ad fontes vsum præbent. Siquidem Turcæ hydropotæ toti Græciæ imperantes, vbique sibi egregios constructe fontes conantur, quibus cupparum loco marmorea sepulchra supponunt. Philippi vrbs est, vt Troia. Quapropter

Marmoreorum sepulchrorũ ruinę circa Philippos.

sepulchrorum magna pars adhuc integra extat, in queis Epitaphium medici Alexandri illæsum permansit, quod à me prorsus legi non potuit, quia characteribus Seruianis siue Bulgaris vnà cum Græcis permixtis inscriptum esset. Tasson insulam Bucephalæ oppositã cum præternauigarem, in ea multa quoq; sepulchra antiqua marmorea albissimáque & integra esse comperi. Illic marmor albissimum in monte reperitur, ex quo vbique sepulchra fiebant, in quibus etiamnum adhuc literæ Græcæ adeò perspicuæ cernuntur, vt facilè à quouis legi possint. Est lapis ex marmore grandis in itinere quo itur à Bucephala Philippos, quadratus, erectarius, quinque vlnarum altus, vlna vna latus, characteribus istis Latinis inscriptus, C. Vibius. C. Filius Cor. quartus Macedoniæ

Præsepiũ Bucephali.

Decurialis, &c. Incolæ fabulantur, sepulchrum istud, equi Bucephali præsepium fuisse. Multa sepulchra, & lateribus & calce in modum Pyramidis

Iconium.

facta, ac etiam ex marmore albo excauata in Antiochia vidimus. In Iconio quoque vrbe sepulchra multa cernũtur, quæ ad nostra vsque tempora permanserunt, neque ea à Turcis quicquam læduntur, aut confringuntur. Est & vrbs

Emissa.

in Cilicia, nomine Hammous, olim fortè Emissa, inter Amanum montem & Tarsum vrbem sita, circa quam non longè à mœnibus sepulchrum nulla temporis iniuria violatum, duobus tabulatis constructum, ex latere & testa contusa (vulgus cementum vocant) fabrefactum spectatur in iugo turbinatum, quod facilè ingredi quiuis potest. In quatuor lateribus inscriptionem longam

Inscriptio Græca in sepulchro

Græcam habet probè characteribus Græcis inscriptã hoc modò: Caius Iulius. Reliqua quæ sequuntur & si optimè legi possint, à me tamen omissa sunt. Est

Vrbs insignis intra agros Syrios nomine Balbec, antiquorum Cæsarea, è regione montis Libani sita, in qua varia sepulchrorum genera, Arabica inquam & Græca, adhuc integra habentur. Taceo altissimas illic à me suspectas columnas in antiqua arce sitas, magnitudine & altitudine columnas Hippodromi Constantinopolitani vincentes, cum suis scapis & cubis. Sunt & in ea vrbe arcus triumphales, & columnæ aliæ grandes, quæ per se solæ rectè stant. Ab hac vrbe sepulchrum in agro quodam vix medio milliari, septem breuibus columnis Thebaicis lapidibus crassis & rectis constructũ, super quas est aliorum lapidum in Pyramidem desinentium strues, visitur. Multa quoque in Heraclea Propontidis, seu Perintho vrbe, & in Gallipoli, quæ ad Hellesponti ripam sita est, sepulchra, qualia in lapidibus quadratis excauata dixi, Seruianis literis inscripta videntur, quæ nec à me, nec ab vllo quoque eorum qui mecum aderant legi potuerunt. Illud quoque mihi neutiquam silentio prætereundum videtur, in Macedonia ad Euripidis poëtæ sepulchrum duos riuos profluere: vnum quidem saluberrimi potus, alterum verò mortiferi.

Cæsarea è regiõe mõtis Libani.

Arcus triũphales Cæsareæ vrbis

Sepulchra literarũ seruianarum inscripta.

De sepulchris Bucephali equi Alexandri magni, & aliis permultis circa Philipporum ruinas. Caput XV.

ANtequam Alexander vrbi Bucephalæ nomen inderet, credibile est illam alio fuisse nomine nuncupatam. At ego Challastream crediderim. Quoniã verò Alexander ille magnus equũ suum Bucephalum appellatum sepulchro decorari voluit, de eo quoque aliquid dicendum videtur. Is autem ob eius toruum aspectum, siue ab insigni taurini capitis armo impressi, Bucephalus est appellatus. Hic nullum alium quàm Alexandrum Regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reiiciens. Idem in præliis memoratæ cuiusdã perhibetur operæ, Thebarum oppugnatione vulneratus, in alium transiré Alexandrum non passus: multa præterea eiusdem modi, propter quæ Rex defuncto ei duxit exequias, vrbémque tumulo nomine eius circundedit. Hæc ferè in ambitu mari abluitur. Portum habet biremibus satis idoneum. In ea nunc cisternæ antiquæ tã multæ sunt, vt vix numerari possint. Vrbis situs talis est, ac si quis tumulum altiusculum ad collis magnitudinẽ, mœnibus circũdaret. Vulgò Caualla vocatur. Et quoniã vrbs hæc habet nomen ab Alexãdri magni

Challastrea.

Sepulchrũ Bucephali Alexandri equi.

Descriptio vrbis Bucephalæ.

Caualla.

caballo nomine Bucephalo, de eo rustici multa fabulantur, illũ opinantes alatum fuisse. Tria illic sub fontibus sepulchra insignia & grandia adhuc ex eodem lapide constantia visuntur. Est autem lapis marmoreus excauatus, palmos duodecim longus, & quinque latus, literis Latinis his verbis inscriptus.

Sepulchrũ marmoreorum inscriptiones latinę.

P. Cornelius asper Atiarius montanus equo publico honoratus, item ornamentis decurionatus, & in viralicis pontifex flamen diui Claudi Philippis. ANN. XXXVIII. H. S. E. *pro literam.* S. *intellige situs, & pro literã.* E. *est Est lapis alius vndecim palmos lõgus, sex vel septẽ profundus, ita inscriptus, Cornelia P. filia Asprila sac. diuæ Aug.* AN. XXXV. H. S. E. *Est & tertius lapis ex albo marmore* XI *palmos longus* V. *altus & 6. latus, ita inscriptus. Cornelia longa Asprillię mater* ANNO LX H. S. E. *Tres suprascripti lapides, cum sepulchra olim essent, nunc tamen in Bucephala vrbe Macedoniæ Tasso opposita, fontium labra siue cupæ sunt. Veni ad eum locum vnde*

Mandrachion.

effossa fuerunt (nam vltra collem à Bucephala in eo loco qui Mandrachio vulgò vocatur, situs est) quò ego horum sepulchrorum bases & obturamenta inspicerem. Ea autem in medio agri iacent, Lapides illi concaui ita in vrbe Bucephalæ partiti sunt. Vnus est sub fonte Xenodochi quod Abrahamus Bascha, cognomento Barbarossa, ædificauit. Alter verò est sub illo mirabili aquæ ductu, qui ab Alexandri tempora factus fuit, deinde collapsus, quem postremò mirabiliori structura & maiori ædificio Barbarossa instaurauit, per quem fons ex duobus vel tribus leucis per tubos opere signino factos ad Cauallam perducitur. In hoc aquæductu altissimo duplex est tabulatum: nam aquam ex monte vicino per duplices cameras in Bucephalæ iugum traducit. Quoniam autem Bucephalæ multos dies egi, vicina pleraque lustraui. Duos habet por-

Quid ad Bucephalã cerui poteſt.

tus, vt vrbs quæ insula Lemno, Lemnus vocatur, minores tamen, nec a vento tutos: statioque est, vt inquit ille, malè fida carinis. Quo fit, vt biremes, triremes, & alia minora nauigia extra aquam educantur, quo ea à procellis tuta, temporis iniuriam facile fugiant. Bucephala insulã Tasson ei oppositam ad orientem habet, nec ab ea longiori distat interuallo, quàm quatuor milliariorum.

Taſſus inſula.

Ex vrbe Bucephala totus mons Athos perspicuè apparet, hominis resupinati in mare mersi effigiem referens, non distans ab ea amplius quàm 20. milliaribus. Est murus paulò supra Bucephalam per montis tergũ, qui propter Thracium vim Macedonas bello lacessentiũ factus est. Sunt & alij duo in editiori mõtis cacumine paulo longius à Bucephala distantes, Sed ille quia Bucephala ad iugum vicini montis contendit, fornice contecto occultatur, per quem meatum milites sine timore confligebant. Supra hunc fornicem, alius est in muro

Murus ſupra Bucephalam.

summo

ſummo meatus latus, qui vtrinque pinnas & propugnacula habet. Muri huius longitudo ad medium milliare ab oriente ad occidentem protenditur, vſque ad montis verticem, in quo loco turris bene munita recta adhuc viſitur, à qua aliæ turres diſperſæ in iugis collium vicinorum apparẽt numero quinque, certo quodam interuallo à ſe inuicem diſtantes. Quod ſi quis ab illis turribus mare aſpiciat, Lemnum ad dextram, Imbrum ad ſiniſtram videbit, à fronte autem Samothracen, & fluuium Hebrum quem vulgus aquam nigram nominat. Bucephala duobus nunc mœnibus cincta eſt: altior eſt antiquæ vrbis circuitus: Turca verò nunc alterum quoque murum adiunxit, qui primum includit, & vrbem auget. Xenodochium illud percelebre Abrahami, ſiue Barbaroſſe, vnà cum ſuo templo includit, in quo Iudæi, Chriſtiani, Turce, Athei, & omnis religionis viri benignè excipiuntur. Bucephala diu deſerta iacuit ob aquæ penuriam. Sed poſtquam Barbaroſſa aquæ ductum erexit, qui à vicino monte vſque ad huius iugum in vrbem aquam perducit: & Xenodochiũ extruxit, quod prouentibus annuis, & reditibus opulentis ditauit, ex quibus viatores aluntur, ea frequentior eſſe cœpit. Nam cum Turca Hungariam inuaſiſſet, Iudæos ex Buda venire Bucephalam compulit: quorum multi per Macedoniam palantes, aliqui ad Tricam, alij Cranum nonnulli Theſſalonicam, multi verò Bucephalam venerunt. Hæc in iugo Bucephalæ in lapide marmoreo inſculpta, vtrunque legimus. P. Hoſtilius. P.S.L. *Philadelphus petram inferiorem excudit, titulum fecit, vbi nomina cultor ſcripſit & ſculpſit Sac. Vrbano.* S. P.

Omnium religionũ viri in Xenodochiis Turcarum aluntur.

De modo cremandorum corporum apud antiquos: & de Libitinariis olim appellatis, qui funeribus curandis præerant. Caput XVI.

Veteres Lybitinam ſepulchrorum præſidem coluerunt: quam non aliud quidem, quàm Proſerpinam, Aliqui autem Venerem eſſe exiſtimabant, eamque non ſolùm tanquam natalium præſidem colebant, verùm etiam mortis, quemadmodum in eius quoque æde omnia quæ ad ſepulturam pertinebant, vendere conſueuerant. Hoc autem argumẽto, humanæ fragilitatis vnumquemque admonebant, quòd vna eadémque dea principium ac finem vitæ in poteſtate haberet, vt quæ & hanc lucem ingredientibus & è vita decedentibus præſideat.

Libitina ſepulchrorũ præſes.

Epitymbia Venus.

Apud etiam Delphos Epitymbiæ Veneris exigua ſanè ſtatua oſtendebatur poſita, ad quam manes in parentationibus & libationibus elicere atque euocare cõſueuerãt. Libitinã à libẽdo dici M. Varro interpretatur, eáq; nõ aliam quã Venerẽ ſignificat. Hinc Libitinarios dictos ſcimus, qui Libitinæ præeſſent: quos inſtitorũ loco Vlpianus eſſe ſcribit, titulo De inſtitoria actione. Vota Libitinariorũ Seneca libro de beneficiis ſexto enumerat. Ea verò ſunt, vt cõplures moriantur, cuiuſmodi etiam ſunt eorum, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt. Hinc eleganter apud Horatium Libitinam vitare dicuntur, qui ſe immortalitati vendicant.

Libitinam vitare.

Non omnis (inquit) moriar, magnáque pars mei
Vitabit Libitinam.

Libitinẽſis porta.

Fuit Romæ Libitinenſis porta, qua cadauera efferebantur, cum lege cautum foret, ne quis in vrbe ſepeliretur. Libitinẽſis portæ meminit in Commodo Lampridius. Conditoria & reconditoria etiam dicuntur à Plinio, vt in quo corpus Alexandri magni reconditum erat. Sed vt condita corpora ſeruata dicuntur, ſic incondita, id eſt, inſepulta vocantur, vt ex Lucani libro ſexto videre licet. Hypogea ſunt loca ſubterranea: quæ appellatio etiam complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, pennarias, promptuarias. Sic Cryptæ, Alueola, Loculamenta, & Buſta dicuntur. Sepelire quoque corpora, eſt humo iniecta contegere. Non enim qui vritur, ſepeliri dicitur, ſed qui humatur, inquit Cicero. Plinio verò ſepultus intelligitur, quoquo modo conditus, humatus verò humo cõtectus. Sepulchrum autem eſt locus, in quo corpus, oſſaque de mortuorũ corporum reconduntur. Dictum autem eſt, quaſi ſeorſim à pulchro, vt ait Seruius, propter recordationem doloris. Vel dicitur, quia pulchrũ ſuperficie, intus oſſibus plenum eſt. Vel, vt ait Donatus, quòd ſine re pulchra ſit, aut quod ibi corpora ſine pulſu ſint: aut à ſeparando, quòd illic animæ à viuis ſeparentur. Sepulchrorum ianitores videntur dici, quibus illa incumbit functio, vt ſepulchra aperiant, claudantque. Mors ea infamiſſima veteribus cenſebatur, quam ſibi quis conſciuiſſet: quo nomine etiam qui id in ſe admiſiſſet, ſepulchro prohibebatur, ni cauſa mortis idonea proferretur. Indignos enim eos exiſtimabant terræ matris gremio, id eſt ſepulchro, qui iniuſſu imperatoris, hoc eſt Dei, ex hac vita, tanquam ſtatione ac præſidio deceſſiſſent. Vnde declamantibus celebrata lex, Qui ſibi manum admouerit, inſepultus eſto. Sepulturæ aliis alio modo fieri aſſolent. Tot etenim penè ſepeliendi ſunt modi, quot & gentes. Humatum corpus Latini humo intectum appellant; Romani olim corpora demortua terra condebant. Poſtquam verò longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc in-

Libitinẽſis porta.
Cõditoria
Reconditoria.
Incondita funera.
Hypogea.
Cryptæ.
Alueola.
Loculamẽta.
Buſta.
Sepelire.
Humare.
Sepulchrũ quid.
Sepulchrũ ianitores.
Sepulchro indigni.

ſtituerunt vt eorũ corpora cremarentur. Eorum autem in cremandis mortuorum corporibus ratum inſtitutum, Maro lib. 6. Aeneidos perbellè ſic cecinit,

Cremandorũ corporum inſtitutum.

„ Maronis
„ de cõbu
„ rẽdiscor
„ poribus
„ carmina.

Nec minus interea Miſenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato ſuprema ferebant.
Principio pinguem Tædis & robore ſecto
Ingentem ſtruxere pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupreſſos
Conſtituunt, decorantque ſuper fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpúſque lauant frigentis, & vngunt.
Fit gemitus, tum membra thoro defleta reponunt:
Purpureaſque ſuper veſtes, velamina vota,
Coniiciunt: pars ingenti ſubiere feretro,
Triſte miniſterium, & ſubiectam more parentum
Auerſi tenuere facem: congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres oliuo.
Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit:
Reliquias vino, & bibulam lauëre faullam:
Oſſaque lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter ſocios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo fœlicis oliuæ:
Luſtrauitque viros, dixítque nouiſſima verba.
At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum
Impoſuit, ſuaque arma viro remúmque, tubamque,
Monte ſub aërio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternúmque tenet per ſecula nomen.

Hæc Vergilius. Veterem Græcorum morem in cadaueribus comburendis, à Septentrionalibus diu etiam ſeruatum animaduertimus. Cur autem defuncto-

Quare corpora cremebantur.

rum corpora cremarentur, non vna adfertur ratio, aliis opinantibus, quod in nobis diuinum eſt, igneo veluti vehiculo ad ſuperna ſubnectum cœleſtibus inſeri, ſubſidente quod terrenum eſt. Alij verò in eo purificationem quandam intelligere maluerũt, quoniã ſit ignis ἀγνιστικὸν quiddã, id eſt, expurgandi vim habẽs: nam & purgationes quas καθάρσεις ſeu catharmos vocant, non citrà ignẽ fiebant, quod ſignificat Euripides, vbi Clytemneſtræ corpus igni depuratum ſcribit. Sed ſententiam priorem in Scyllæ rogo approbare videtur Lycophron, & præterea Indorum Gymnoſophiſtæ Comburendi morem ab Hercule con-

Purificationes fiũt in igne.

ditum malè concipiunt quidam exusto Argio Lycimnij filio, relatis mòdò ad patrem ossibus, quem incolumem se restituturum fuerat pollicitus. Heraclitus, qui ignem prodidit rerum principium, in eundem corpora resolui debere pronuntiauit. Romanis & cæteris qui mortuorum corpora cremabãt, mos fuit, vt ossa in vrnis asseruarent, atque in loculis condirent. Quemadmodum autem nostri homines nunc mortuorum ossa, quoties terram suffodiunt, seorsum in cœmiteriis ordine seu serie disponunt, ita antiquis mos erat, omnia cremati hominis ossa alicubi reponere, qualia Romæ cum multis locis tum in campo Esquilino antra concamerata fossionibus aperta visuntur: quædam vnius testudinis, quædam duplicis concamerationis, ita vt ex superiore in inferiorem descendatur. Pauimenta interdum tessalata, interdum vermiculata: in parietibus circum circa loculi extant, singuli cum binis vrnis. Alia quoque fuerũt antra plurium parietum modico interuallo distantium, in quibus totidẽ fuisse vrnas contiguas, & exiguo pòst spacio rursus alias hisque alias impositas videmus: has pauperum, illas diuitum fuisse opinantur. Multos eiusmodi fornices in agro quodã circa viam Appiam visuntur, in quò si descenderis, loculos multos quales diximus videbis.

Crematorum ossa à Romanis in vrnis asseruari soli ta.

Campi Esquilini cõ camerationes.

Loculamẽta ossium invia Apia

De arboribus sepulchris inseri solitis, id est quorum vsus maximè in rebus funeribus fuit.

Caput XVII.

Arbores in cœmiteriis conserere antiquum est.

VEteribus mos fuit, arbores passim in suis cœmiteriis, mortuorúmq; sepulchris conserere, qui etiamnũ apud Turcas Ethnicos & Christianos perdurat: vnaquæque tamen natio suas huiusmodi locis peculiares habuit arbores. Nobis nũc nihil est Buxo feralius. Magnam quandoque ortam contentionem vidimus, quare nos potius Taxum in Cœmiteriis, quàm aliam arborem seramus: Perpetuitati viroris hoc ego adscribendum putauerim. Sed quia arborũ genera numinibus suis dicata erant, Plinius in hoc honore Platanum fuisse his verbis tradit. Sed quis non iure miretur arborem vmbræ gratia tãtùm ex alieno petitam orbe? Platanus ea est. Hæc per mare Ionium in Diomedis insulam eiusdem tumuli gratia primùm inuecta est. Hæc ille. Piceam etiamnum feralem arborem dixit, quæ funebri iudicio ad fores ponebatur, ac regis virebat. Vnde feralibus pompis exequialibúsque, efferendo cadaueri rogo exhibebatur. Sunt quædã stirpes quæ suapte

Taxus funebris.

Platanus funebris.

Picea feralis arbor.

Arbores tumulis insc-

natura in ſepulchris & tumulis naſci gaudent. Diuus Plato per leges conceſſit arbores tumulis inſerere ad ſepulturæ iudicium. Marcus Tullius Athenienſibus à Cecrope inſtitutum priuatum fuiſſe morem tradit terra humandi, Quòd cum ſepulchrum obductum terra eſſet, frugibus obſereretur, vt ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur. Saluiam plerunque in cœmiteriis noſtris ſerimus, cuius rei hanc rationem reddo: Quòd cum ſemper vireat, atque labra habeamus aqua ſancta plena ad irroranda ſepulchra, Saluia pro Aſpergillo (vt olim Iudæi Hyſſopo) vtimur. Cupreſſi Horatio Epod. 5. 4. vocantur funebres, vti & Virgilio in rogo Miſeni hoc verſu,

rere Plato per leges conceſsit.

Ingentem ſtruxere pyram, cui frondibus altis
Intexunt latera & ferales ante Cupreſſos.

Peculiare eſt arboris genus ſterilis, ideo antiquó nomine carens, quæ cum eximiæ pulchritudinis florem in vere producat, Turcis tantoperè commendatur, vt nullum Byzantij aut Adrianopoli cœmiterium videas, quod non hac conſitum ſit. Eam autem quoniam ſiliquas pro fructu edit, Siliquaſtri nomine appellamus. Sed de rebus funebribus, & antiquorum operibus quæ ob funeris memoriam fiebant, hactenus. Reliquum eſt, vt ad Cætera quæ ad corpus humanum defunctum curandum pertinebant, tranſeamus.

Libri primi finis.

PETRI BELLONII CE-

NOMANI AD REVER. D. FRAN. CARD. Turnonium Mecœnatem & herum ſuum illuſtriſsimum,

DE MEDICATO FVNERE.

Liber Secundus.

SVPERIORE libro iam à nobis planum factum eſt, cur antiqui æternitati ſtudentes, opera tam ingẽtia conſtruerent, eiúſque cauſam diximus. Nunc ſequitur vt ea quæ de hominum corporibus adiicienda ſunt, tradantur. Diuerſos ſepeliendorum, comburendorum, humandorum, & tumulandorum modos fuſiſsimè deſcripſimus. Supereſt vt hoc ſecundo libro quomodo funera arte medicata aſſeruarentur & condirentur, doceatur. Et quoniam permulti hactenus circa hanc rem hallucinati ſunt, rem totam paulo pluribus tibi declarandam ſuſcepimus.

Quòd medicatum funus à negotiatoribus falsò sub Mumiæ nomine diuendi soleat.

Caput primum.

Egyptis longo tempore ante Mosen corpora defunctorum ad æternitatem cõdiri solitos authores passim testantur. Si quis autem Græcorum aut Latinorum commentarios legerit, in quibus mos veterum condiendi & sepeliendi corpora, maximè apud Aegyptios, Aethiopes, Iudæos, & Arabas docetur, eundem omnino illis fuisse facilè percipiet, quòd ex eo medicamento, quod nunc vulgari & falsa appellatione Mumia dicitur, facere soliti fuerunt. Ex quo quidem omnibus ostendere contendimus, medicatum corpus id omnino esse, quod Arabum nomine á vulgo medicorum Mumia appellatur: quam nostram sententiam non paucis probatum iri speramus. Difficilis eius medicamenti cognitionis non esse causam aliam putamus, quàm quòd in inuestiganda natura eorum, quorum in medicina vsus est aliquis, in quo multis retro annis homines ignaui fuere, scripta quorundam obscurorum hominum amplexi sint, qui neque magnarum rerum scientia instructi, neque in antiquorum monumentis diligenter versati, ambitiosius tamen magnis conscriptis libris, miserè nos etiam rerum imperitos in errorem induxerunt. Et ne longius ab eam, quæ fuerit apud antiquos ratio condiendi mortuorum corpora, ex antiquis autoribus describere, magni res laboris ipsis fuisset. Ad eos autẽ in tebigendos, quòd neque sermonis Græci cognitione, neque rerum peritia essent instructi, neotericorum scriptorum libros in manus sumpserunt, ex quorum lectione nullum alium fructum perceperunt, quàm quem sua ignauia merebatur. id est, nihil inde abstulerunt aliud, quàm pro bonis & veris, adulterina. Vt igitur huic rei lucem aliquem adferamus, videre nunc oportet quàm adfine sit id quod ab antiquis authoribus Græcis σίλαγμα μοσίων τεθνεώων, ei quod ab authoribus Latinis corpus conditum, medicatúmque dictũ est. Priscũ verò ætas defunctorum corpora condire solebat. Neoterici autem rei medicæ scriptores condituram hanc, nomine externo appellantes, Mumiam dixerunt: quod etiamnum nomen apud vulgus non modò in Europa, sed etiam in tota Asia & Aphrica mansit. Cum autem nullius sit Maurorum, Chaldæorum, Armeniorum, Hebræorum, Græcorum, & Latinorum authorum, qui medicatum funus

Medicatũ corpus. Mumia.

Prisca ætas defuncta corpora condiebat

Cõdituram funerũ falso mumiã vocant.

funus hoc ignorauerit, meum vnum studium huc spectat, vt rem istam inuolutam multis obscuritatibus, explicem. Græci quidem scriptores, & Latini de condito cadauere fusissimè scripserunt. Arabum verò authorum interpretes Mumiæ suæ nomine rem longè aliam à condito cadauere nobis inuexerunt: ex quò factum est, vt cum huic rei lumẽ adhibere debuerint, tenebras offuderint, multóque obscuriorem congnituque difficiliorem reddiderint. Quæ autem ab antiquissimis Græcis authoribus de medicato funere scripta sunt proferã, quo facilius palam faciam longè aliam rem esse Arabum Mumiam à condito cadauere. Ab Herodoto autem quippe omnium antiquissimo initium sumam. Sic enim fiet, vt facilius expendi id possit, quod à recentioribus de Mumia dictum est. Cuius ipsa verba Græca adscribenda putaui, quæ in Euterpe leguntur, quòd rem totam clarius explicent, quàm vel accuratissima interpretatio Latina, sintque velut totius nostri instituti firmamentum.

Cõditurã corporum Græci nõ ignorauerunt.

Errores ab Arabum interpretibus cõmissi.

Herodoti de Seruato funere sententia.

Θρῆνοι δὲ, ἢ ταφαὶ σφέων, εἰσὶ αἵδε. τῖσι αὖ ἀποθνήσκῃσι ἐν τῶν ἀστῶν ἀνδρωπος, τῦ, πὶς ἢ λόγος ἦ, τὸ θῆλυ γένος πᾶν τὸ ἐκ τῶν ἐσκηῖων πύσῃ, καθ' ὧν ἐσπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ, ἢ τὸ μεγαθος τὸ σπόνε· κάπειτα ἐν τῖσι οἰκηῖοισι λιποῦσαι τὸν νεκρὸν, αὖτε αὐτὰ τὴν πόλιν περιόμενα, τύπτονται ἐπεζωσμέναι, καὶ φαίνεσθαι τὰς μαζοὺς, σὺν δέ σφι αἱ μεγαθοῦσαι πᾶσαι, ἑτέρωθεν δὲ οἱ ἄνδρες τύπτονῦ, ἐπεζωσμένοι ἢ ἕκαστοι, ἐπειτα δὲ ταῦτα ποιήσασι τιθείχευσιν ὅτο ἐς τὴν ταείχευσιν κομίζυσι· εἰσὶ δὲ οἱ ἐπ' αὐτῷ τέτῳ κατέαται, ἢ τέχνην ἔχουσι τύτην. ὅταν ἐπειαὶ σφι κομισθῇ ὁ νεκρὸς, δεικνύυσι τῖσι κομίσασι παράδειγματα νεκρῶν ξύλινα, τὴν γραφὴν μεμιμημένα, ἢ τὴν μὲν σοφωτάτην αὐτέων φασὶ εἶναι, τῦ, ὃν ὄσιον πιεῖν τὸ ὄνομα ἐδὲ τοιέτῳ πρήγματι ἐπονομάζειν. τὴν δὲ δευτέρην δεικνύυσι ὑσοδεεστέρην τε ταύτης, ἢ ἐυτελεστέρην· τὴν δὲ τρίτην, ἐυτελεστάτην. φράσαντες δὲ, πυνθάνονται παρ' αὐτέων ᾗ τὴν πιεῖν βούλονταί σφι σκευασθῆναι τὸν νεκρόν. οἱ μὲν δὴ ἐν ποδῶν μισθῷ ὁμολογήσαντες, ἀπαλλάσσονται, οἱ δ' ὑσολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι, ᾧδε τὰ σφεδαιότατα ταείχευσι· πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ δηλ. τῶν μυξωτήρων ἐξάγρυσι τὸν ἐγκέφαλον, τὰ μὲν ἀπ' ἔτω ἐξάγροντες, τὰ δὲ φάρμακα ἐγχέοντες, μετ' δὲ, λίθῳ αἰθιοπικῷ ὀξέϊ τρώσαντες τὰ πλαπάρια, ἐξ ὧν εἶλον τὴν κοιλίην πᾶσαν, ἐυκαθήραντες δ' αὖ τήν, ἢ διαθήσαντες ὄινῳ φοινικηίῳ αὖτις διαθέασι θυμιήμασι πρωτιστεμμένοισι. ἔπειτα, τὴν γαστέρα σμύρνης ἀκηράτε τετριμμένης, ἢ τῶν ἄλλων θυωμάτων πλὴν λιβανώτε πλήσαντες, συῤῥάπτυσι ὀπίσω· ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ταείχευσι νίτρῳ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδόκοντα, πλεῦνας δὲ τουτέων, οὐκ ἔξεστι ταείχευειν. ἐπειαὶ δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα, λούσαντες τὸν νεκρὸν κατειλίσσουσι πᾶν αὖτε τὸ σῶμα, σίνδονος βυσσίνης τελαμῶσι τε μιμυῖοισι, ἀποχρίοντες τῷ κόμμι, τῷ, δὴ αὐτὶ κόλλης τὰ πολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι. ἐν θείλει δὲ παρὰ δεξάμενοι μὲν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνδρὸ ποιέα. ποιησάμενοι δὲ, ἐσέρχυσι τὸν νεκρόν. καὶ κατακλίσαντες οὕτω, θησαυίζουσι ἐν οἰκήματι θηκάμῳ ἱσταντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. οὕτω μὲν τὸν τὰ πολυτελέστατα σκευάζοισι νεκροὶς, τὸν δὲ τὰ μέσα βουλευμένοις, τὴν δὲ πολυτελεῖλν ἐκφεύγοντας, σκευάζοισι ὧδε. ἐπειαὶ κλυσῆρας πλήσαντα τῦ ἀπὸ τῦ κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ἐξ ὧν ἔπλησαν τῦ νεκρῦ τὴν κοι-

λείην ἐκφα, ὅτε ἀναλαμόντες ἀυτὸν, ὅτε ἐξενόντες τῷ γυναικὶ, κατὰ δὲ τὼ ἔθηκεν ἐσιθήσαντες, καὶ ὁπλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδῦ, ταριχέυουσι τὰ προκειμένας ἡμέρας. Τῇ δὲ τελευταίῃ, ἐξιείσι ἐκ τῆς κοιλίης τῷ κεδρίνῳ, τῷ, ἐσῆκαν πρότερον. ἡ δὲ ἔχει τοιοῦτῳ δυνάμιν, ὥστε ἅμα ἐωῦτῃ, τῷ γνησιῳ καὶ τὰ σπλάγχνα καταπετηκότα ἐξάγει. τὰ σάρκας, τὸ νίτρον καταπήκει. καὶ δὴ λείπεται τὸ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον, καὶ τὰ ὀστέα. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ἀπ' ὧν ἔδωκαν οὕτω τὸν νεκρὸν οὐδὲν ἔτι πραγματευθέντες. ἡ δὲ βίτη ταρίχευσις ἔστι ἥδε, ἡ τὸν χρήμασι ἀδυνατέουσι σκευάζει. συρμαίῃ δυνήσαντες τῷ κοιλίῳ, ταριχέυουσι ἑβδομήκοντα ἡμέρας. καὶ ἔπειτα, ἀπ' ὧν ἔδωκαν ἀποφέρεσθαι. ταὶς δὲ γυναιξὶ τῶν ὀπφανέων αἰδοῦν. ἐπεὰν πλευτήσωσι, οὐ παρφυτίκα δίδοῦσι ταριχεύειν ὧδε ὅσα αἱ ὧσι εὐγδίες κατὰ, καὶ λόγω πλεῦνος γυναῖκες. ἀλλ' ἐπεὰν τεταῦται ἢ τεταρταῖα γένωνται, ὅτω παρφυδοῦσι ταριχεύειν τοῖσι ταριχεύουσι. τούτω ποιέουσι οὕτω τὰ δὲ ἐπέκεινα, ἵνα μὴ σφι οἱ ταριχευταὶ μίσγωνται τῇσι γυναιξί. λαμφθῆναι γὰρ τίνα φασὶ μισγομένου νεκρῷ περσράτῳ γυναικός. κατοῖπερ δὲ τὸν ὁμότεχνον. ὃς δ' ἂν ἢ ἀυτῶν Αἰγυπτίων, ἢ ξείνων ὁμοίως ὑπὸ κροκοδείλου ἁρπαχθεὶς, ἢ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ φαίνηται τεθνηκὼς, κατ' ὃν ἂν πλησίον ἐγένετο χώρην, τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ταριχεύσαντας ἀυτὸν, καὶ περιστείλαντας ὡς κάλλιστα, κάλων ἐν ἱρῇσι θάψαι. οὐδὲ φαῦσαι ἐξεστι ἀυτοῦ ἄλλον οὐδένα, οὔτε τῶν περσκόντων, οὔτε τῶν φίλων. ἀλλὰ μὲν οἱ ἱερεῖς ἀυτοὶ οἱ τοῦ Νείλου, ἄτε πλέον τι ἢ ἄνδρα νεκρὸν χειρατάζοντες, θάπτουσι.

„ *Quæ verba ita in sermonem Latinum à Laurentio Valla conuersa sunt. Lu-*
„ *ctus eorundem ac sepulturæ tales sunt. Quibuscunque domesticis aliquis de-*
„ *cesſit homo alicuius momenti, Ibi omnis muliebris sexus familia caput ſibi*
„ *& vultum oblinit luto. Deinde relicto domi cadauere, ipſæ per vrbem va-*
„ *gantes ſe plangunt, ſuccinctæ, nudatis mamillis, & cum eis proximæ quæque.*
„ *Altera ex parte, viri & ipſi expectorati ſe verberant. His actis, ita demum*
„ *ad condiendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipſum conſtituti, qui hoc*
„ *artificium factitant: qui cùm ad ipſos cadauer portatum eſt, oſtendunt his qui*
„ *portauerunt, exemplaria mortuorum linea pingendo adſimulata: & eo-*
„ *rum vnum accuratiſſimè fabrefactum eſſe aiunt, cuius ego nomen ſi nuncu-*
Triplex „ *pauero, haud faciam ſanctè. Alterum illo inferius, ac vilioris precij. Tertium*
Herodo „ *viliſſimi. Ea dicentes ſciſcitantur ab his, ad quod exemplum velint effingi*
to con- „ *mortuũ ſuũ. Iſti cõuento de precio illinc abeũt. At hi qui relinquũtur in ædi-*
diendi „ *bus hunc in modum diligentiſſimè condiunt corpus. Ante omnia incuruo fer*
corpora „ *ro cerebrum per nares educunt, vt quamque partem educentes, ita locum eius*
modus. „ *medicamentis expletes. Dehinc acutiſſimo lapide Aethiopico circa ilia con-*
„ *ſcindunt: atque illac omnem aluum protrahũt: quam vbi repurgarunt, ac vino*
„ *phœniceo expleuerunt, rurſus odoribus contuſis refarciunt: tum omenta com-*
„ *plentes contuſa myrrha pura & Caſia, & cæteris (excepto thure) odoribus*
„ *iterum conſuunt. Vbi hæc fecere ſaliunt intrò abditum ſeptuaginta dies: nam*

diutius ſalire non licet. Exactis ſeptuaginta diebus, cadauer vbi abluerunt, ſindone byſſina totum inciſis loris inuoluunt, gummi illinentes, quo Aegyptij glutinis loco plerunque vtuntur. Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in qua mox inſerunt mortuũ, incluſumque ita theſaurizant, id eſt, reponunt. Hic autem qui mediocria volunt nimium fugientes ſumptum, ita comparant: Clyſterẽ vnguine, quod ex cedro gignitur, complẽt. Deinde ex hac aluum mortui, ipſam neque ſcindentes, neque extrahentes, ſed per ſeceſſum prehenſo viæ poſterioris hiatu, inferciunt: & tot quot dixi diebus ſale condiunt: quorum dierum vltimo cedrinum vnguem, quod prius iniecerant, ex aluo egerunt, quod tantam habet vim, vt vnà ſecum aluum atque inteſtina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit: mortuique tantùm cutis & oſſa relinquuntur. Vbi iſta fecere, ex quo ſic tradidere mortuum, nihil amplius negotij ſuſcipiunt. Tertia conditura hæc eſt adornãdi eorum mortuum: Qui tenuiori ſunt fortuna dilutionibus ventrem abſtergunt, arefaciúntque ſale ſeptuaginta per dies. Deinde tradunt reportandum. Vxores tamen inſignium virorum non ſtatim vita defunctas tradunt condiendas, ac ne eas quidem fœminas, quæ conſpicuæ valde ac maioris momenti fuerint, ſed triduo atque quatriduo defunctas: ea de cauſa faciẽtes, ne cum fœminis Salinarij concumbant. Deprehenſum enim quendam aiunt coeuntem cum recenti cadauere muliebri, delatúmq; ab eiuſdem artificij ſocio. Quiſquis autem vel ipſorum Aegyptiorum, vel hoſpitum compertus ſit mortuus, ſiue à Crocodilo raptus, ſiue ab ipſo flumine, neceſſarium prorſus eſt ei ciuitati, ad quam eiectus eſt, condire, & quàm honeſtiſſimo funere ſepelire ſacris monumentis, quem ne contingere quidem fas eſt alteri, aut proximorum, aut amicorum, niſi ipſis Nili ſacerdotibus, vtpote maius quiddam quàm hominem mortuũ tractantibus ad ſepeliendum. Hactenus ille. Ex quo authore ſole meridiano clarius liquet, rem eam quam negotiatores Mumiam vocant, id ipſum eſſe quod Plinio corpus conditum, Melæ verò medicatum funus dictũ eſt. Idem quoq; Herodotus, cùm de Amaſios condito funere ſcribit, multa ad hoc noſtrum inſtitutum, quæ non prætermittenda duximus, in hunc modum recenſuit. Apud Nili autem oſtium, inquit, quod dicitur Peluſium, habebat caſtra Pſammenitus Amaſis filius, Cambyſem opperiens. Nam Amaſim Cambyſes in Aegyptum progreſſus, non viuum nactus eſt, ſed defunctum, cùm quatuor & quadraginta annis regnaſſet. Per eos nihil admodũ calamitatis expertus, defunctúſque & ſale conditus eſt, & in ſepulchris, quæ ipſe ædificauerat, ſitus

„ Secunda conditura.

„ Tertia conditura.

Medicatũ funus.

„ intra templum. Hæc illæ. Paulò post de re eadem scribit his verbis. Cambyses
„ autem è Memphi in vrbem Saim abiit, animo faciendi quæ fecit. Etenim si-
„ mul atque in ædes Amasis ingressus est, imperauit cadauer Amasis è condi-
„ torio adferri: Deinde prolatum verberibus cædi, ac vellicari, & stimulis pun-
„ gi, omniq; contumelia infestari. Quod facientes postquã defatigati erant (nam
„ cadauer, vtpote salitum, resistebat, nec quicquam omnino elidebatur) iussit cre
Persæ ignẽ Deũ arbitrãt. „ mari: haudquaquam sanctè iubens, quia Persæ Deum esse ignem arbitran-
„ tur, & apud neutros moris est cremare cadauera: Persas quidem, propter
„ id quod dictum est, quia nefas esse aiunt Deo depasci cadauere hominis: Ae-
„ gyptios autem, quia persuasum habent ignem animatam esse beluam, & om-
„ nia quæ nascuntur deuorare: Et postquam deuorando fuerit expleta, vnà cum
„ ipsa re deuorata emori. Ideóque non esse apud eos consuetudinem, mortuum
„ beluis tradendi, sed saliendi, tum ob id, tum ne humatus deuoretur à vermibus
„ Hæc ille. Reliqua quæ ex eodem authore peti possunt ad confirmandam no-
stram sententiam de condito corpore & Mumia, suis locis ascribentur. Quæ
etiam à Diodoro & Strabone scripta sunt, proferenda duximus. Strabo libro
Iudæos in condiẽdis funeribus Asphalto vti. decimo sexto scribit Iudæos in condiendis cadaueribus Asphalto siue bitu-
mine liquido, vsos fuisse, quod in Sodomæorũ mari legitur. Diodorus Siculus
Aegyptiorum mores diligentissimè libro secundo capite quinto exponens, ea-
dem penè de cadauere condito habet. Cuius verba Græca adscribere nõ licuit,
quòd non adeò multa eius authoris exemplaria extent, eius autem hæc sunt
„ verba. Cùm quis defunctus est in Aegypto, propinqui omnes amici, deturpa-
„ to luto capite, ciuitatem lugentes quoad mortuus sepeliatur circumeunt. Inte-
„ rim neque lauantur, neque vinum aut cibum, nisi vilem sumunt, neque ve-
Sepulchrorũ Diodoro tres differentiæ. „ stibus vtuntur splendidis. Sepulchrorum tres habentur species, sumptuosa, me-
„ diocris, humilis. In prima argenti talentum exponunt: In secunda minas vi-
„ ginti: In vltima parum quid sumptus erogant. Qui funera mortuorum curant,
„ eo exercitio à maioribus tradito, funeris impensam domesticis descriptam fe-
„ runt, scrutantes quanti velint celebrari funus. Conuentione facta, corpus eis
„ traditur, vt iuxta impensam curetur funus. Primus grammaticus (ita enim ap-
„ pellatur) posito humi corpore, circa ilia describit quantum à sinistra parte in-
„ cidatur. Deinde qui dicitur scissor, habens lapidem Aethiopicum,
„ quantum lex finit, eo latus aperit: subitóque cursu persequentibus qui
„ adstabant, lapidésque cum execratione in eum iacentibus fugit. Ex sti-
„ mant enim odium inhærere, quicunque amici corpus vulnere illato violauerit.
Salitores q dicãt. „ Curatores verò corporis hos Salitores apellant) honore existimationéque digni

habentur: Vtuntur enim sacerdotibus, templáque pariter ingrediuntur. His ad cadauer adstantibus, vnus scissuram per corporis interiora præter renes & cor dicit: Quæ singula alter viuo Phœniceo ex rebus odoriferis lauat: deinde corpus totum, primùm ex Cedro cum aliis pretiosis vnguentis vngunt dies amplius triginta. Myrrha deinceps ac Cinnamomo, cæterisque rebus liniunt, quæ non solùm id seruare diutinè, sed odoriferum reddere queant. Curatum cadauer cognatis traditur defuncti, ita singulis eius partibus, etiam superciliorum palpebrarúmque pilis integrè seruatis, vt omnis corporis species dormientis more, integra perduret. Plures Aegyptij progenitorum corporibus domi magno sumptu conditis, respicientes suorum imagines viuentium magnitudine & habitu à longa progenie ductas, tanquam viuentium aspectu animo oblectantur. Antequam sepeliatur corpus, prædicitur à cognatis tum iudicibus, tum defuncti amicis, sepulturæ dies. Hactenus Diodorus de cõditis cadaueribus. Alibi quoque cùm de Aegyptiorum sepulturis loquitur, Sepeliunt, inquit, postea quinque suos, hi in propriis sepulchris, hi quibus ea desunt domi apud firmiorem parietem arca corporis erecta. Qui verò aut crimine aliquo aut fœnore sepultura prohibentur, domi absque arca ponuntur: quos posteri ditiores facti, ac debita & crimina lucentes, honorificè sepeliunt. Gloriantur enim Aegyptij suos parẽtes, maioréue magnificè esse sepultos. Mox est apud eos, defuncto rum parentum cadauera dare in pignus creditori. Summa illos qui non redimunt, sequitur infamia, & sepultura carent. Sed corpora certè primùm opera Salinatorum condiebantur: Postremò verò honorificè sepeliebãtur. tamen antequam sepeliretur corpus, prædicebatur à cognatis tum iudicibus, tũ defuncti amicis sepulturæ dies, in qua sepultura maior pompa erat. Asserunt verò illum, nomine mortuum appellantes, paludem transiturum. Adstantibus iudicibus amplius quadraginta numero, sedentibúsque in præparato vltra stagnum hemicyclo, trahitur nauis ad id composita ab iis quibus ea cura iniuncta est, regente magistro, quem sua lingua Aegyptij Charõtem vocant. Vnde & Orpheum asserunt, cùm hunc morem apud Aegyptios conspexisset, finisse postmodum inferos, partim quæ viderat imitatum, partim quæ ipse cõmentus esset. Perducta in stagnum naui, antequam condatur in arca cadauer, permittitur lege volenti mortuum accusare. Si quis comprobatur malè vixisse, iudices sententiam ferunt, qua censent corpus eius sepulchro priuandum. Qui deprehenditur iniustè crimen obiecisse, magna mulctatur pœna. Cum deest accusator, aut per calumniã accusator constat, cognati finito luctu ad laudes mortui vertuntur, nihil de genere eius, sicut Græci consueuerunt, narrantes: (exi-

Ex cedro primũ deinceps ex Myrrha ac Cinamono.

Aegyptiorũ sepulturæ.

Cadauera dari in pignꝰ creditori.

Vnde Charontis fabula manauit.

Qui male vixissent sepulchro priuabantur.

„ ſtimant enim omnes Aegyptij pariter ſe nobiles eſſe) ſed ordientes à pueritia
„ in qua vitæ inſtitutionem eruditionémque recenſent, ad viri ætatem deſcen-
„ dunt, Eius erga Deos religionem iuſtitiam, continentiam, virtutéſque cæteras
„ commemorantes. Hactenus Diodorus.

De antiqua vulgaris Mumiæ (quod tamen medicatum funus eſt) Græca & Latina nomenclatura. Caput II.

Cadauerum conditura.

EX verbis igitur, tum Herodoti, tum Diodori & Stranonis, vnicuique ſatis perſpicuum eſſe poteſt, cadauerum condituram ταριχεύσιν appellatam fuiſſe, quod ea vt à putredine ſeruarentur, non aliter quàm carnes ſale condirẽtur. Eſt enim ταριχεύειν ſalire, & ſale durare, interdum ſole. Non vna & eadem tamen eſt corporis conditi apud omnes ſcriptores appellatio. Ex Dioſcoride enim qui in capite de Cedro libro primo Cedriæ vim ineſſe φιλακτικὴν τῶν νέκρων σωμάτων, ſcribit hæc cõditura φίλαγμα νέκρων σωμάτων dici poterit. Galenus ſimplicium medicamentorum libro ſeptimo Cedriæ vim ineſſe ſcribit ξηραίνειν καὶ ἄσηπτα φιλάττειν τὰ τεθνεῶτα μόρια. Ex illius itaque verbis eam condituram rectè nominabimus ξηρασίαν καὶ φίλαγμα μόρων τεθνεώτων. Aëtij & Pauli, qui eadem habent, hîc verba non adſcribo, quòd ea ex Dioſcoride, & Galeno totidem penè verbis tradu&ta ſint. Ratio autem cur Cedria viuentium corpora abſumerentur, mortuorum verò ſeruarentur à Galeno libr. 7. loco ſuprà commemorato affertur. Plutarchus autem in Sympoſiaco ſcribit Aegyptios cadauera aperire, apricóq; loco aliquo ſoli exponere, inteſtina in flumen iacere, reliquum corpus purgatum aſſeruare. Sed illa ex Herodoto & Diodoro excerpſerat. Quò autem hanc rem illuſtriorem multò redderemus, noſtrorum quoque ſcriptorum ſententias adſcribendas putauimus, qui quanquam maiori ex parte à ſuprà commemoratis Græcis authoribus ea quæ de hac re tradiderunt, tranſtuliſſe videntur, ineſt tamen in illorum ſcriptis aliquid quod ex aliis etiam ſcriptoribus qui non extant, tradu&tum eſſe appareat. Ab eis autem authoribus incipiam, qui vt antiquitate, ita & eruditione cæteros antecelluiſſe dicuntur, quorum verba ſuo loco apponemus, Varronis ſcilicet, Ciceronis, Columellæ, Quintiliani, Melæ, Plinij: ex quibus omnibus luce clarius conſtabit, vocem hanc cadauer conditum, ſeu medicatum funus, Latinis & illis quidem longè

Non vna eſt corporis conditi appellatio.

Latinorũ authorum nomina qui de ſeruato funere ſcripſerunt.

antiquiſſimis authoribus vſitatã fuiſſe. Plinius, vt erat accuratiſſimus Græcorum authorum indagator, rem totam ex multis ſcriptoribus breuiter, vt ſolet omnia, collegit, quæ ad rationem apud Aegyptios ſepeliendi corpora attinent: Capite enim 37. lib. 11. ita inquit. In equorum corde & boum, oſſa reperiuntur interdum. Augeri id per ſingulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere: ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere hominem vltra centeſimum annum defectu cordis, Aegyptij exiſtimant, quibus mos eſt cadauera aſſeruare medicata. Hactenus Plinius. Cenſorinus libro de natali die, in eo capite vbi diſtinctiones ætatum hominis ſecundum opiniones multorum deſcribit, hoc modo habet. Præterea, inquit, fieri poteſt quod refert Varro, quod Dioſcorides Aſtrologus ſcripſit, Alexandriæ inter eos qui mortuos conſeruare ſolent, hominem plus centum annis viuere non poſſe. Id cor humanũ declarare eorum, qui integri perierint ſine corporis tabe. Ex quibus verbis nos conditum cadauer Pliniano more, vel medicatum, vt Mela habet, vocabimus. Mela enim libro primo capite nono Aegyptum deſcribens hæc habet. Cultores, inquit, regionum multò aliter à cæteris agunt, mortuos limo oblíti plangunt, nec cremare aut fodere fas putant. Verùm arte medicatos intra penetralia collocant. Cæterùm quod de medicatis Aegyptiorum mortuis Mela retulit, ex Herodoto tranſtulit vbi Aegyptiorum funera deſcripſit. Ea etiamnum hodie nullo labe polluta, ſed penè integra, ad nos importantur: quæ tamen non illo genuino antiquorum nomine à noſtris appellantur: (nam, vt iam dixi, conditi cadaueris vera nomenclatura exoleuit) ſed accito ad eam rem exprimendam alterius rei cognomento, mutatóque nomine, Mumiam Mauro Barboróque & externo vocauerunt. Deinceps verò Latinorum more, ſeruatum corpus, & cadauer conditum, appellandum potius cenſemus, quàm Mumiam. Morem condiendi cadauera in Aegypto longè ante tempora Heſiodi, qui vixit quadraginta annis ante Herodotum, fuiſſe conſtat. Sed ſi amborum ætatem reſpexerimus, ille tunc temporis recens erat. Altam quoque ex optimis quibuſque authoribus antiquiſſimis rationem adferam, quare ſic ſua Aegyptij funera accuratè medicata, atque ad æternitatem cuſtodita ſeu condita, tanquam perennia & incrrruptibilia aſſeruarent. Herodotus Zoroaſtis rationem adferre conatus eſt, tamen ſi religio & fides Aegyptiorum, Arabum, Aethiopum, vicinarúmque regionum expendatur, docet eos non ob aliam cauſam corpora mortuorũ cõdiuiſſe, quàm ob eam quæ à Plinio adfertur. Siquidẽ Aegyptios ob id feciſſe, quòd mortuorũ reſurrectionẽ expectarent. Quã rem ex Democriti ſen-

Mortui arte medicati.

Mumiam falſò dicimus, ideo cadauer cõditũ appellãdum.

tentia ostendam. Aegyptij nempe, Iudæorum more, mortuorum expectabant resurrectionem: ideo corpora condiebant, vt durarẽt, & ad æternitatem asseruarentur. Ob id, nefas illis ab igne cõburi corpora, aut à vermibus absumi debere credebatur. De qua re Plinius, qui & Epicureus erat, Democritum irrisit.

Plinij Democriti sententiã irrisit.

Libro enim septimo capite quinquagesimo quinto hæc habet Similis (inquit) & de asseruandis corporibus hominum ac reminiscendi promissa Democriti vanitas, qui non reuixit ipse. Hæc Plinius ex quibus verbis elicimus, Democritum hominem Græcum, Athenienses corpora asseruare ad resurrectionem, docere voluisse. Quam sententiam is ab Aegyptijs mutuatam acceperat.

Democritus præcessit Epicurum.

Nam quum vixerit Olymp. octogesima longè præcessit Epicurum, multò autem posterior Pythagora & Socrate fuit. Vixit autem Democritus ante Herodotum plusquam quadringentis annis. Hic quum duos haberet fratres maiores se natu, ab eis discedens hæreditatem suam accepit: qua in pecuniam redacta, ad Aegypti sacerdotes contendit, ab illis Geometriam accepturus. Inde rubro mari emenso, ad Chaldæos, & in Indiam penetrauit. Postremò Athenas rediit ad Socratem. A Democrito (inquit Cicero) propter discendi cupiditatem videmus vltimas terras esse peragratas. Quæ qui non vident, nihil vnquam magna cognitione dignum amauerunt. Ex cuius Democriti verbis, quæ recensentur à Plinio, coniectare licet, Democritum ad resurrectionem asseruari hominum funera voluisse. Quam rem ab Aegyptijs edoctum fuisse certum est. Quòd autem animi tranquillitatem summum esse bonum censuerit, Epicuro ansam se imitandi præbuit. Nam reuera quidquid Epicurus boni habet, ab eo est mutuatus. Quod Cicero animaduertens, Democritus (inquit) vir magnus imprimis, è cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. Hæc Cicero primo de Natura Deorum.

Herodotus vixit post democritum.

Socrates vixit tẽpore Democriti.

De finibus lib. 5.

Quòd Galenus, Paulus, Aëtius, & ante eos omnes Dioscorides, non minus quàm historici, seruatum corpus agnouerint. Caput III.

Historici in rerum descriptione hoc à medicis in scribendo discrepant, quòd illi historia tenus res ipsas tãtùm describere soleant, medici verò statim ad earum rerum naturam, vires, medicamenta & auxilia quæ ab ijs petuntur, describẽda aggrediũtur. Quapropter cũ funera mortuorũ variis modis cõdiri posse ex historicis

Herodoto

Herodoto & Diodoro ſuprà oſtenderimus, nunc quid medici Dioſcorides, Galenus, Paulus & Aëtius, in rebus deſcribẽdis, quàm acuratiſsimi de ſeruato funere tradiderint, dicendum videtur. Dioſcorides qui Galenum preceſſit, ſeruati corporis mentionem facit in hunc modum. Ea cedriæ vis, inquit, vt defuncta corpora conſeruet, hinc νέκρων ζωλω τινες αὐλῶτ ἐκαλέσαν το, id eſt mortuorum vitam quidam eam appellauêre. Nonne hic Dioſcorides funus medicatum deſcribit? Galenus poſterior Dioſcoride, lib. 7. de medicamentorũ facultatibus ſic habet. Cæterum Cedrea quartum etiam ordinem videtur attingere, admodum calida ſimul, & tenuium partiũ. Paulò pòſt addit. Talia itaque & mortuorum corporũ carnes corrumpunt, at Cedrea exſiccat, ſimúlque à corruptione tuetur corpora demortua. Cuius rei paulò pòſt rationem reddens ſubiicit. Vt pote, inquit humiditates eorum depaſcens. Aegineta lib. 7. eadem quæ Galenus recenſet. Quam Cedream appellant, inquit, ſubtilis eſt admodum ſubſtantiæ. Hinc teneras carnes expeditè & citra dolorem exedit: Duras autem, præſertim demortuas, ſiccat, & à putredine aſſerit. Hæc ille. Aegyptiorũ autem funera magna ex parte Cedria condiebantur, de quo ſuo loco fuſius dicetur. Hoc autem loco expedit, vt ſeruati corporis vim & naturam expendamus. Quod ſi Cedria condiantur mortui, credi par eſt, Cedriæ quoque virium particeps futuros eſſe: Si Aſphalto, Aſphalti: ſic denique de reliquis medicamentorum generibus dicendum. Itaque cum Cedria medicamentum ſit quod ex tæda ſumitur, quæ ſi intra corpus noſtrũ aſſumatur, magnũ pulmonibus exulceratis commodũ adferat, aliíſque id genus morbis mederi certum ſit, Funeris conditi vſum prorſus non eſſe reſpuendum, neque ab vſu abdicandũ cenſeo. Perſpicuum itaque eſt: Mumiam vocatam rem eſſe compoſitam humana carne mixta vel ſale vel, Bitumine, aut Cedria. Dioſcorides quoties Cedriam propinabat, aut aduerſus Ceraſtæ morſum dari iubebat, ſalem ei admiſceri præcipiebat. Atqui iſtud condîtum funus, mixtam cũ Nitro & Cedria naturam habet. Ne verò moroſus ac ſeuerus quiſpiam calumniator, vno modo Cedria in vniuerſum ſeruatum funus condiri me putaſſe clamitet, aio, cadauera variis modis condiri ſolita fuiſſe: quædam accuratius, quædam negligentius, vt cuiuſque defuncti opes ferebant. Alia etenim pauperum erant à diuitum funeribus, quæ diligentiori artificio condiri ſolita ſunt, quòd in his ſuam operam Salitores, & Polinctores præſtabant accuratiorem: ea itaque ab iis diſcerni facilè poſſunt, quæ leui ſumptu condîta fuerãt. Quod quidẽ ij qui attentè multa funera medicata inſpexerint, deprehendere poſſunt. Horum diſcrimen facilè Alexandriæ & Memphi obſeruare licet. Benedictus Badiolus Aui-

Quid medici authores de ſeruato funere retulerint.

Dioſcoridis verba de medicato funere.

Cedrea.

Seruati corporis vis & natura.

Cedrię vis

Funeris cõditi vſum nõ eſſe abdicandum

Cõdîtum funꝰ particeps viriũ nitri & cedriæ.

Variis modis Cadauera cõdiri ſolita.

Benedictꝰ Badiolus.

Supellectilia in seruatorũ corporum vẽtribus reperta.

nionensis, qui Alexandriæ tunc agebat, pro Gallis & Florentinis mercimoniorum consul cùm eam regionem perlustrarem, mihi idola & libros, numismata, atque vasa, in seruati corporis ventribus ac thoracibus reperta ostendit. Quod quidem fieri posse omnibus palàm faciam. Nam cùm corpora omnibus prorsus interioribus vacua semper condirentur, nisi ventrem medicamentis adimpleuissent, in seipsum concidisset, vt qui tunc vacuus esset. Cum autẽ illis hic quoque mos esset, vt quæ defunctus in vita dilexisset, vnà cum eo sepelirent, atque etiam (si fas erat) condirent, ea in aluum indebant, illámque iis rebus adamatis complebant. Ex quo factum esse credimus, vt nunc quoque instrumenta aliquot, arma, vasa, libri, & eiusmodi permulta alia quæ cùm eis sepulta erant, in aluo inclusa reperiantur. Idola vidimus ex ære & orichalco, libros quoque antiquissimos in eorum thoracibus repertos, aliáque permulta supellectilia antiqua. His quædam similia à D. Gulielmo Rondeleto montispessulanensi medico audiui, nuper Massiliam funus conditum atque integrum ex Memphide nauigio esse exportatum, in cuius thorace inuenta fuerunt viginti folia papyri antiquæ literis Arabicis inscripta, quorũ inscriptionem nemo potuit legere. Auinionenses Iudæi coniectura potius quàm certa cognitione aiebant, defuncti vitæ historiam continere. Quorum quidem foliorum aliquot Dominus Rondeletus Montispessulani doctor inter sanctiora monimenta seruat: quorum aliqua fragmenta mihi dono dedit. Eadem Aëtius, de Cedria tradit, quæ à Dioscoride & Galeno dicta erant. Cedria,

„ *inquit, primi ordinis est erodentium, Septica Græci appellant, multùm calida*

„ *ac tenuium partium existens. Deinde adiecit, vnde mortuorum corpora con-*

„ *seruãtur incorrupta, humiditates ipsorum superfluas depascens. Hæc Aetius. Historici nihil de viribus huius habent: ex quo coniici potest tunc nullum habuisse in medicamentis vsum, non tamen quòd vires nullas haberet, sed quòd tunc nullus eius esset vsus. Ex quo factum est, vt dotes eius & vires à nemine dictæ sint. Nostro autem seculo vires eius fœlici ægrorum successu experti sumus. Barbaram autem illam Mumiæ appellationem ei adscriptam explodendam censemus. Summa igitur cura (vt referunt Herodotus, Diodorus, Plinius, Cicero, Plutarchus) corpora defunctorum in Aegypto condiebantur.*

Neuterici seruati caduceris vires agnouerunt.

Non hominum modò corpora in Aegypto condiebantur, sed etiam brutorum animaliũ permulta genera. Caput IIII.

NOn hominum modò, sed etiam brutorum multa corpora apud Aegyptios condiri cedria solita esse, multorum scriptorum testimoniis comprobare possumus. Siquidem referente Herodoto, cum animalia diis apud Aegyptios sacra haberentur, merito præter fidem videtur quanto honore colerentur, credere. Colebant enim animantia quædam præter modum, etiam post eorum mortem. Cum aliquod eorum animalium moritur, inquit Herodotus, Syndone contectum cum vlulatu pectus percutientes sale liniunt ac Cedri liquore, quo diutius seruetur, ac vnguentis odoriferis corpus vnctum in sacris locis sepeliunt. Hoc loco conuenit Herodotus cum Dioscoride, quòd Cedri liquore cũcta per fusa seruarentur. Nam adiicit quoque, quòd quoties Crocodilus in Aegypto mortem obiit, sale condiretur & Cedria, & in vrnis sepultus coleretur. Cuius verba hoc loco recensere visum est. Quibusdam Aegyptiorum, inquit, Crocodili Sacrosancti sunt, quibusdam non sunt, Sed veluti hostes exagitantur. Sacros admodum eos esse existimant, qui circa Thebas & Myrios stagnum incolunt, quorum vtrique vnum ex omnibus Crocodilis alunt cicurem & edoctum manu tractari. Vbi mortem obiit, sale conditum sacris in vrnis sepeliũt. Quin & genus hominum (ait Plinius) est in Aegypto Crocodilis aduersa in ipso Nilo, Tentyritæ, ab insula in qua habitant appellata: mensura eorum parua, sed præsentia animi in hoc tantùm vsu miranda. Terribilis contra fugaces Crocodilus, fugax contra insequentes: sed aduersum ire soli ij audent. Quin etiam flumini innatant, dorsoque equitantium modo impositi, hiantibus resupinato capite ad morsum, addita in os claua, dextra ac læua tenentes extrema eius vtrinque, vt frenis in terram agunt captiuos: ac voce sola etiam territos, cogunt euomere recentia corpora ad sepulturam. Mihi autem (inquit Herodotus) Aegyptij cum in aliis ad sacra pertinentibus, tum verò in his superstitiose agere videntur. Cæterùm Aegyptus cum sit Africæ finitima, non tamen admodum feris est frequens. Quæ verò illic sunt, ea omnes pro sacris habentur, partim mansuetæ, partim immansuetæ. Earum educandarum curam seorsum à cæteris, Aegyptij atque Aegyptiæ suscipiunt. In quo honore filius patri succedit. His feris omnes qui in vrbibus sunt, vota persoluunt, quæ susceperunt illi Deo, cuius illa fera est. Quarum si quam quis necauerit, si volens, morte mul

Brutorum corpora condiri solita.

Cedri liquore corpora brutorum seruantur.

Crocodilus sale etiam condiebatur.

Tentyritæ.

Ægyptæ feris nõ est frequens.

„ ctatur: sin inuitus, plectitur ea mulcta, quã sacerdotes statuerint. Quisquis tamẽ Ibin aut accipitrẽ necauerit, siue volens siue nolens, morte afficitur. Quibuscunque autẽ in domibus vltrò felis oppetit mortẽ, earũ domorum habitatores cuncti sola supercilia eradunt: totum autem corpus & caput, in quorum domibus sic moritur canis. Efferuntur feles mortuæ ad sacra tecta, vbi salsæ sepeliũtur in vrbe Bubasti. Canes in sua quisque vrbe tumulant sacratis in loculis. Eodem quo canes modo, indagatores sepeliuntur. Nam Mygalas, id est mures araneos, & accipitres in vrbem Butum asportant. Vrsos autem qui sacri sunt, & lupos non multò vulpibus grandiores, eo loci sepeliunt, vbi iacentes inueniunt. Hæc Herodotus.

Feles condiebantur.

Officium condiendi corpora non cuiuis delegabatur, sed ei tantùm, qui id â maioribus accepisset. Caput v.

Nemo in Ægypto sepultura carebat.

ITaque cum perspicuum sit, quòd omnium corpora in Aegypto eo quo dixi modo, condirentur, quæret fortè quispiam, an sceleratorum quoque hominum cadauera, qui ob religionem mori addicti erant, hoc sepulturæ genere carerent. At mihi quidem videtur, etiam strangulatorum, aut alio mortis genere affectorum cadaueribus sepulturam non defuisse. Siquidem Herodotus regem Apriem ab Amasi victum scribit, & vrbem Saim ductum in ædes quæ ipsius antea fuissent, tunc autem Amasis regia: ibique, ait, quandiu in regia pascebatur, eum Amasis honestè asseruauit. Tandem incusantibus Aegyptiis non iustè agere, qui suum & ipsorum inimicissimum aleret, ob id Apriem illi tradidit. Eum isti vbi strangulauere, paternis in monumentis sepelierunt. Hæc Herodotus. Ex quo palam est, Aegyptios qui Apriem viuere nolebãt, sepultura tamen carere noluisse. Cæterùm defuncta corpora non cuiuis dabantur condienda, vt etiam Diodorus scribit, sed eis tantùm qui funera mortuorũ procurare soliti erant. Eius hæc sunt verba, Qui funera mortuorum curant, eo exercitio à maioribus tradito, funeris impensam domesticis descriptam ferunt, scrutantes quanti velint celebrari funus. Conuentione facta, corpus eis traditur, vt iuxta impensam curetur funus. Hactenus ille. Feminarum quoque haud secus ac virorum funera condiebantur. Hoc tamen discriminis intererat, quòd hæc forma conspicuæ nunquam nisi post quatriduum, ne cum eis concumberent Salinatores, tradebantur.

Corpora non cuiuis tradebantur condienda.

Fœminarum funera.

Iudæi olim more Aegyptiorum, suorum quoque seruabant mortuorum corpora. Caput VI.

Hebræi quoque funera suorum mortuorum asseruabãt, nec dubium est quin nõnunquam Iudæorum quoque haud secus ac Aegyptiorum carnibus vtamur, quum ea apud nos in vsu sit Mumia, quam vndecunque aduectam promiscuè negotiatores venalem habere solent. Quòd autem corpora Hebræorũ eo modò vt Aegyptiorum condiantur, docet Moses, cum de morte Iacobi patris Iosephi agit, qui in Aegypto decessit. Recenset enim Iosephi filij iussu, qui tum in Aegypto & gratia & authoritate plurimùm valebat, quadraginta diebus more Aegyptio conditum Iacobi ipsius Iosephi patris funus, defletúmque septuaginta fuisse. Primo quoque libro Regum habetur: Samuel autem mortuus est, planxítque eum omnis Israel, & sepelierũt eum in Ramatha vrbe sua. Solent & in hodiernum diem Iudæi suorum cadauerum ossa asseruare, & Ierosolyma nauigio humanda mittere, quod quidem ipse sum conspicatus. Nam dum nauigio ex Byzantio Alexandriam traiicerem, in eadẽ nobiscum naui nonnulli quoque aderant Iudæi, qui secum saccos ossibus plenos Ierosolyma deferebant, quæ quidem illi proauorum suorum cæterorúmque parentum esse dicebant. Sunt quidam, qui funere seruato nos vti vetent, atque omnino ab vsu abdicandum censeant. Alij autem funeris loco Asphaltum nobis substituere malunt: cum tamen iidem vbi de Asphalto sententiam ferunt, profiteantur palàm, nos verum Bitumen non habere. Volunt autem id quod nostri Asphaltum vocant, Pisasphaltum esse. Si ergo vt ipsi opinantur, bitumine caremus, nósque Asphaltum verùm desyderamus: pro illo vulgari medicato funere, asphalto quomodo, vt ipsi consulunt, vtemur? Sed hæc satis. Est & alius qui sententiam prædictæ fert similem. Scribit enim. Quòd si, inquit, aliquis meliori funere medicato vel Mumia vocata genuina & vera vti volet, corpora ex Xenodochiis sumat quæ Aloe, myrrha, & croco condiat atque expleat, & ea vsque ad tempus opportunum asseruet. Cum verò vtendi tempus appetet, eam referare oportebit, atque ea vti, Hanc ille virtutis eximiæ esse posse prædicauit. Quæ res est admodum ridicula. Eius tamen verba laudantur quàm maximè, eiúsque eruditio singularis, summúmque ingenium prædicantur, probare tamen non poßum quod id nobis cõsuluerit, quod illi efficere impoßibile esset. Siquidem nec Aloe, nec Myrrha, nec Crocus vires haberent tantam humiditatem absumendi. Quinimo Myrrha, Aloe, & Crocus corpo-

Hebræos quoque sua corpora condiuisse.

Iudæi ossa suorũ maiorum asseruant, & Ierosolymaferunt.

Varię neotericorum de seruato funere sententiæ.

Neotericicuiusdam consilium improbatur.

ra dura sunt, in quibus nulla est facultas subeundi cauitates ossium, & implendi horum cauernulas: nec sunt idonea vt munus quod ille pollicetur, exequantur. Myrrha autem & Aloë aqueæ sunt qualitatis, quæ etiam ipsa facillimè putrescerent ab humiditate humani corporis. Præterea condîtum funus insigni amaritudine præditum gustanti sentiretur, si vel aloës minimum intra corpus admissum esset. Quis autem, quæso, vnquam funus medicatum nostrum degustans amarum re vera sentit? Qui quàm plurima condîta cadauera & viderunt, & sæpius degustarunt, in eis nullam vnquã amaritudinem perceperunt. Quam rem Valerius Cordus quoque notauit, quem sanè de Mumia verius quàm cæteri omnes nostri tẽporis medicos scripsisse video. Nos autem Mumiam definientes, id est, funus medicatum, id esse dicemus, quod primo sale cosperſum, aut Nitro salitum, & per multos dies Cedria, Asphalto recenti, vel liquidiori Bitumine vnctum conditúmque: Deinde aromatibus & vnguentis, Myrrha, Cinnamomo, ad probum odorem conciliandum, consperſum fuerit. Nam, vt Herodotus scribit, postquam corpus sub sole æstuanti multos dies cõditum fuit, primùm Nitro salitum, & Cedria oblitum, postremò Syndone contectum reponitur. Ista certè omnia in Mumia vulgi vocata inspicere licet. Latini quemadmodum funus condîtum vocauerunt, sic conditiuum & conditorium pro sepulchro acceperunt, vt ex Plinij lib. 7. cap. 16. probatur, Procerissimum hominem ætas nostra D. Claudio principe Gabbaram nomine ex Arabia aduectum nouem pedum, & totidem vnciarum vidit. Fuere sub diuo Augusto semipede addito, Quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Salustianorum asseruabantur hortorum: Pusioni & Secundillæ erant nomina. Non vnam significationem habet funus, sed propriè mortẽ vel cadauer iam ardens vel incensum significat. Conditi cadaueris vox apud Ciceronem etiam legitur. Is enim libro 1. Tusculanarum quæstionum, Aegyptij, inquit, condiunt mortuos, & domi seruant: quam rem etiam Chrysippus tradidit. Hoc de Aegyptiorum funeribus insigne scribunt Lucianus, & Sextus Empiricus, quòd primùm intestina educant, deinde saliant. Difficile enim illis foret, corpus asseruare medicatum, ni intestina educerent. Quæ ob id educuntur, vt reliquum corpus melius condiatur. Corpori condiendo humidas partes auferebant Salitores: Ideo Herodotus commentationi nostræ opportunæ fauens, hunc locum explicat. Cerebrum enim, quod humidissimum

» est & craneo vndique circumseptum, sine capitis vel caluæ fractura non posset condiri. Idcirco Salitor in condiẽdo, ferro incuruo inflexóque ad hoc præparato, cerebrum per nares mortui condiendi educebat, locúmque vacuum me-

Mumia vulgaris amara non sentitur.

Valerii Cordi de seruato funere sententia.

Mumiæ vulgaris definitio.

Conditorium pro sepulchro

Corpora cõditorio Salustianorum.

dicamentis explebat: lapide deinde Aethiopico corpus discidens, intestinis purgatis, odoramentis illud complebat, mox consuto vulnere Nitro saliebat. Paulò pòst subiungit, Cadauer gummi illitum, & linteamine inuolutum, in lignea hominis effigiem ad hoc comparatam componitur. Gummi hic author nihil aliud, quàm Cedriam intelligit. Siquidem alij omnes historici non gummi habent, sed Cedriam. Cedria porrò, vt sæpius tradidi, corpora asseruantur incorrupta. Nuper cadauer effossum est Romæ incorruptū in via Appia, crasso vnguento oblitum, vt quidam nostri seculi authores memoriæ prodiderunt. Hoc autē ante annos plus mille & trecentos ibi fuisse depositū ex inscriptionibus in adiacētibus marmoribus agnitū est, suspicatúmque Tulliolæ Marci Ciceronis filiæ fuisse. Quicquid fuerit, ego Aegyptio more cōditū crediderim.

Quòd Aethiopes ferè Aegyptiorum & Iudæorum more defuncta corpora seruare soleant.

Caput VII.

AEthiopes suorum quoque funera condire solent, sed longè alia ratione quàm Aegyptij. Sunt autem eorum sepulchra vitrea. quod quidem audiens Cambyses, rem accuratius dignoscere cupiens, speculatores Ichthyophagos Aethiopicæ linguæ gnaros in Aethiopiam misit, qui quidem se inspexisse eorum sepulchra vitro constructa retulerunt, quæ ab eis in hunc modum fieri didicerant. Posteaquàm mortuum siue Aegyptiorum, siue aliorum more arefecerunt, totum Gypso inducunt, picturaque exornantes quoad fieri potest effigiem eius repræsentant. Deinde cippum ei è vitro, quod apud illos multum est & facilè effoditur, circumdāt: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neque fœditatis vllius exhibens, sed omnia ipsi illi mortuo similia habens. Hunc cippum maximè propinqui intra ædes annum detinent, offerentes ei omnium rerum primitias hostiasque. Anno exacto efferunt, circaque vrbem statuunt. Alia etiam sunt medicamenta, quæ id quoque præstant, vt corpora incorrupta conseruentur, vt bitumē, recens cum nondū induruit. Nam ex durissimo bitumine vix istud fieri possit. Strabo lib. 16. tradit Iudæos in condiendis & asseruandis funeribus vsos fuisse Asphalto, id est bitumine, quod in mari Sodomæorum legitur. Ex quo diximus funera non tantùm Cedria fuisse condita, sed bitumen quoque, eundem effectum præstare potuisse Aegyptiorum tamen cadauera, multis notis & illis insignibus quidem, ab iis

Æthiopū funera cōdiri solita.

Vitrum fossile est idē quod lapis specularis.

Recens Bitumen corpora conseruat.

Strabonis de seruato funere sententia.

quæ bitumine condîta fuerunt, discernere possumus. Quòd autẽ id funus quia bitumine condîtum est, eadem in medicamentis vires non sortitum sit, quas bitumen, multis argumẽtis probari potest. Si enim funus Nitro vel Sale arefecerimus, postea Bitumine condierimus, nũquid Salis vel Nitri vim quandam illud adsciscit? Corpora autem nequaquam sine Nitro cõdiri possunt, nam Bitumen per se id nõ præstaret. Ideo Bituminis vis ab ea multum aliena erit, quæ de funere quod Asphalto condîtum fuit substituetur. Quare bitumen vt simplex censetur: Seruatum autem Asphalto corpus vt compositum intelligimus. Habet præterea Strabo varia alia condiendorum corporum genera. Aliis siquidem locis, cadauera in flumen præcipitari, aliis verò vitro circundata domi asseruari, aliis in vasis fictilibus alueolísque quibusdam circum tẽpla defodi & condi scribit. Persas corpora mortuorum sepelientes sola cera obliuire tradit: Magos verò insepultos auibus edendos dimittere. M. Cicero de his eadem quæ Strabo, habet. Scribit enim Persas cera circumlitos mortuos condire solitos, vt quàm maximè corpora diuturna permaneant. Plinius lib. 31. cap. 9. scribit Salem corpora etiam à putredine vendicare, ita vt durent multa per sæcula, his verbis. Salis natura, inquit, est per se ignea, & inimica ignibus, fugiens eos, omnia erodens. Corpora verò astringens, siccans, alligans, defuncta etiam à putrescendo vendicant, vt durent ita per sæcula. Sequenti quoque capite tradit Nitrum ad ea quæ inueterari volunt, illitum prodesse. Idem author libro vigesimo sexto, capite tertio scribit. Cleophantus magna fuit authoritate apud priscos, cum occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo atque seruato, ne quis leuibus momentis tantam conuersionem factam existimet. Idem libro vigesimo quarto hæc scribit. Cedrus magna, quam Cedrelatem vocant, dat picem quæ Cedria vocatur. Defuncta corpora incorrupta æuis seruat.

Cleophantus ab rogo seruauit funus.

De Myrrheo seu Myrrhaceo puluere, quo medici in Gallia condiendis magnatum defunctorum corporibus vtuntur. Caput VIII.

CVm multum in externis ritibus condiendorum corporum euagatus sim, non erit absurdum hîc quoque quæ in Gallia fiunt memoranda circa ceremonias sepulturarum magnatum & nostrorum Regum recensere. Cum aliquis ex Gallorum nobilium familia, & potissimùm optimatum, vel diuitum moritur, siue in bello, siue in aula, si quidem domo longius absit, quàm vt cadauer ad suos lares incorruptum referri

referri posit humandum, Medici & Chirurgi accersuntur, qui à cadauere corruptionem arcens medicamentum præscribant. Illi autem Myrrhaceum, vulgò quoque Gallorum non ignotum medicamentum, cadaueri condiendo idoneum præscribunt, quòd illud corpora antequam humo integantur, diutius seruare minus fœtida soleat. Ea autem ob id condire solent, quo facilius ad suos natales, referantur. Habent enim id affines & propinqui sanctum suorũ maiorum funera simul omnia humata habere. Myrrhacei autem huius cõpositionẽ describere eã nobis libuit, quã Dominꝰ Petrus de Aqua vir doctissimus, olim Regis Galliæ Francisci Pharmacopœus, nunc Henrici, nobis tradidit, quali ipse ex præscripto Regiorum medicorũ vti solet. Non vnus tamen eius Myrrhacei conficiendi est modus, vt eis medicis placet, qui Myrrhaceum istud præscribunt. Hæc autem est descriptio qua regij illi medici vtuntur. In primis salem multum & Alumen cum myrrha & Aloe fusum, absynthium, Cinnamomũ, Cuminum, Caryophillum, Siler montanum, Piper, & id genus aromatum omnium partes conuenientes addito aceti momento contũdunt: ex quibus corpus, quod antè chirurgis traditum fuit aluo & interaneis expurgãdum, & in gyrum circunspergendum, infarciendum curant. Tum demum cera circumlitum atque inuolutũ, feretro plumbeo includunt. Etenim id plumbo cum aromatibus inclusum diu seruari posse incorruptum asserunt. His peractis, nostri iam myrrhatum funus conuehendum tradunt carpento. Eam condiendorum corporum rationem nostri ab antiquis accepisse videtur. Nam & in regum Scytharum sepultura simili quodam myrrhaceo vtebantur, vt Herodotus libr. 4. qui inscribitur Melpomene, his verbis scribit. Regum sepulchra apud Gerrhes sunt, vbi Boristhenes iam nauigabilis est. Ibi cum rex eorũ decessit, ingentem scrobem effodiunt forma quadrata. Hoc vbi præpararunt, accipiunt mortuum corpore incerato, aluo euulsa atque expurgata: quam silere contuso, & thymiamate, apiique semine & Anisi cum expleuerunt, resuunt rursus, impositúmque plaustro cadauer ad aliam gentem ferunt: quod qui excipiunt, eadem agunt quæ Regij Scythæ: aurem decidunt, crinem circuntondent, brachia circuncidunt, frontem nasumque consauciant, sinistram manum sagittis traiiciunt. Postmodum regis cadauer carpento ferunt ad aliam gẽtem, cui imperitauit, quæ ipsos comitatur ad eos vnde primùm venerant. Vbi iam mortuum circunferentes, lustrauerunt singulas gentes quibus imperauit, apud eos deponunt, qui in extremis Gerrhis habitant, & in sepulchris. Quem postquam super torum in loculo indiderunt, hastis hinc atque hinc defixis desuper ligna disponunt, deinde pallio contegunt. In reliqua loculi spacioſitate ali-

Myrrhaceum.

Myrrhacei cõpositio.

Myrrhaceum quo reges Schytharum vtebantur.

„ quam eius pellacum ſtrangulatam ſepeliunt, Et eum qui vina miſcebat, & co
„ quum, & equi Agaſonem, & miniſtrum, & qui erat à nunciis, necnon
„ equos, & aliarum rerum omnium primitias, quinetiam phialas aureas. His a-
„ ctis, humum certatim atque auidè iniiciunt, cupientes tumulum quàm maxi-
„ mum efficere. Circumacto anno rurſus hoc agunt: E famulis regis intimos ſu-
„ munt. Sunt autem famuli regum ingenui Scythæ, & quos ipſe rex iuſſerit.
„ Nam nullus venalitius ei miniſtrat. Horum miniſtrorum quinquaginta cum
„ ſtrangulauerunt, ac totidem præſtantiſſimos equos eductis inteſtinis, expurga-
„ tas parteis implent ac conſuunt. Et vbi dimidium fornicis ſuper duo ligna re-
„ ſupinatum ſtatuerint, alterúmque dimidium ſuper alteri duo ligna, & item
„ alia multa huiuſcemodi defixerunt, tum ſuper ea equos imponunt craſſis tignis
„ in longum ad ceruicem vſque traiectos, ita vt priores fornices ſuſtineant ar-
„ mos equorum, poſteriores verò iuxta fœmora ſuſcipiant vteros, vtriſque cruri-
„ bus ſupernè pendentibus. Equos infrenant, eorúmque habenas ad palos exten-
„ tas adligant. Dehinc ſuper eorum ſingulos ſtatuunt ſingulos quinquaginta iu-
„ uenum ſtrangulatorum, hunc in modum. Vnicuique eorum rectum ſtipitem
„ per ſpinam ad ceruicem vſque transfigunt: quod inferius ſtipitis extat vlti-
„ mum, infigunt tigno illi quo equus traiectus eſt. His equitibus ſepulchro circ-
„ cumpoſitis abeunt. Hunc in modum reges ſepeliunt Scythæ. Alios autem Scy
„ thas cum deceſſerunt, proximi quippe in plauſtris collocatos ad amicos circun
„ ferunt. Eos ſinguli amicorum excipientes, epulum cadauer comitantibus præ-
„ bent, tam propinquis quam cæteris. Ad hunc modum quadraginta diebus pri
„ uati homines circumaguntur: dehinc humantur, tali tamen ratione prius pur
„ gati. Vbi caput exinaniuerũt, abluerúntque, circa corpus ita agunt: tria ligna
„ ſtatuunt mutuò inclinata, circa hæc prætendunt lanea pilea, quàm maximè
„ poſſunt conſtipantes, & in ſcapham in medio lignorum pileorúmque poſitam
„ lapides coniiciunt exigne perſpicuos. Hactenus Herodotus. Non vna apud
nos, nec ſemper eadem fuit condiendorum funerum conſuetudo, nec ab omni-
bus obſeruata: quod vel ex his liquet, quæ de funere myrrhaceo ſuprà dixi-
mus. Alia verò cera tantùm ſunt circumlita, alia cippo plumbeo incluſa ſunt,
quod ſæpiſſimè fieri conſueuit, quòd etiam plerunque funera poſt quinquagin-
ta annos aliò transferantur, vt omnium memoria id teſtetur. Quomodo autem
variè corpora condiebantur, ita etiam variis modis ſepeliebantur. Tanta verò
eſt nunc apud Latinos ſepeliendorum corporum varietas, vt in vna eadém-
que regione de re iſta non conſtet. Cadauerum igitur ſepeliendorum diuerſiſ-
ſimus eſt ritus, tamque varius, vt vix credi poſſit. Eos autem miro artificio

Ritus sepe liẽdorũ corporũ varius.

Silius libro decimotertio his carminibus complexus est,

—Nanque ista per omnes
Discrimen seruat populos, variátque iacentum
Exequias, tumuli & cinerum sententia discors.
Tellure, vt perhibent, is mos antiquus Ibera
Exanima obscœnus consumit corpora vultur.
Regia cum lucem posuerunt membra, probatum est
Hyrcanis adhibere canes Aegyptia tellus
Claudit odorato post funus Stantia Saxo
Corpora, & à mensis exanguem haud separat vmbram.
Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virûm, & longum myrrhata reponit in æuum.
Quid qui recluſa nudos Garamantes harena
Infodiunt? quid qui sæuo sepelire profundo
Examines mandant Libycis Nasamones in oris?
At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent
Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruant.
Cecropidæ ob patriam mauortis sorte peremptos
Decreuere simul communibus vrere flammis:
At gente in Scythica suffixa cadauera truncis
Lenta dies sepelit, putri liquentia tabo.

Conditum cadauer in Galliæ vrbe nuper repertum.

Hactenus Silius. Superioribus annis in Gallia Narbonensi in oppido nomine Louiczon sepulchrum est inuentum, in quo cadauer inerat conditum, vnáque vrna elegantissima vitrea, quæ fusilis potius videbatur, quàm alio modo facta: libri quoque duo, quorum alter Arabicis characteribus, alter verò Græcis scriptus erat. In vrna oleum continebatur, quo multi fœliciſsimo successu, & ad vulnera & ad vlcera vsi sunt. Arabici autẽ codicis charta ex papyro erat, eam nemo legere potuit. Græcũ verò de Magia scriptum cõperimus. Quemadmodum verò inter Græcos non conuenit cum Arabibus de sepulchris, sic quoque in corporibus condiendis Latini plurimùm à Græcis diſsident. Medicatorum funerum Memphi maior copia est quàm alibi locorum, in desertis Africæ potiſsimùm paulò supra Buſyrim vltra Nilum. Cum Memphi ageremus, corpora aliquot nuper ex suis sepulchris allata in vrbem vidimus integra, suis adhuc fasciis, ac si nuper fuiſsent condita, obuoluta. Aegypti incolæ, ſtudioſiſsimè corpora inter ruinas ædificiorum quærunt medicata, quod inde maximum se consecuturos lucrum sentiant. Paruulorum quoque cadauera,

D. A Fumet Hérici regis olim ad Sultanum legatus.

& adhuc infantium condita vidimus. Cuius rei testem appellare possum clarissimum nobilem Baronem à Fumet Henrici regis ad Sultanum imperatorem Turcarum eo tempore legatum, qui puerulum totum medicatum cum Memphi essemus coemit, eúmque probè condîtum. Mirorsanè, quùm tanta apud eos reperiatur medicatorum funerum copia, non esse viliora, sed pluris in dies vendi. Hanc autem ego causam esse puto, quòd iampridem funera apud eos condiri desierint. Quæ autem à nostris huc importantur, ab Aegyptiis in dies inter fodiendum in sepulchris iam olim condîta reperiuntur. Fœminarum quoque cadauera, vt marium condiebantur, quorum discrimina in Aegypto obseruari possunt, apud nos verò non ita, quia frustatim & fracta plurimùm, & concisa adferuntur, quod in itinere accidit.

Quarundam notarum quæ seruato cadaueri falsò adscribebantur ab his qui de nouo orbe conscripserunt propulsatio. Caput IX.

Permulta absurda in vulgari Mumia nomenclatura.

EA primùm quæ de vulgari Mumia mihi absurda à nonnullis scripta esse videbantur, annotanda esse duxi: nunc verò eorũ inscitiam detegere institui, qui cum de externo orbe scripserunt, tantas nugas de Mumia suis scriptis inserucrunt, vt ne verbum quidem de ea vllum ab his verum pronunciatum sit. Mare quoddam arenosum fingunt, quod procellis impulsum debachantibus ventis non secus vt aqua agitari atque commoueri soleat. Tam impudenter non verentur mentiri, vt se vidisse, & in eo ambulasse dicant, quo facilius lectoribus harum rerum imperitis imponant. Ego verò easdem solitudines & deserta emensus, ex quibus ipsi suam Mumiam peti fingunt, nihil huiusmodi vnquam ab eius loci incolis, quamuis sedulò inquirens, intelligere potui. Sunt autem illic incolæ non pauci, qui casas ex ramis palmarum constructas inhabitant, quæ truncis arborum tantùm fulciuntur. Nullus verò ex eius loci omnibus senioribus indigenis fuit, qui se vnquam tale quidpiam vidisse, & multò minus ab aliis accepisse retulerit. Ideo dum illi hæc nobis sua obtrudere portenta impostu ram facere nituntur, quo nobis magis credibilia hæc essent, rationem inuenire debuerant, neque magis huiusmodi multas tabulas mundi implere. Sunt nonnulli qui niuem in exemplum adferunt quæ in transitu alpiũ multos intercepit, & obruit sua multitudine, hominúmq; corpora nimio niuis ponderi succũbere scribunt. In qua re mare hoc cum niue cõuenire cõtendunt,

Arenosum mare.

ſcilicet quòd arena procellis irritata corpora obtegat, & ſubmergat, quæ ſol poſtea conficiat, ex quibus deinde Mumia fiat. Hinc ſuam Mumiam, ſeu noſtrum ſeruatum corpus contendunt duxiſſe originem, vt iam videmus multas mundi mappas ſimilibus notis falsò eſſe conſcriptas. Eſto, nonnunquam, vt ipſi fabulantur, magno ingruente auſtro, & ingeſtis ex arena cumulis corpora è conſpectu ſublata obruantur, atque illic aliquantiſper ad tempus conquieſcant: paulò poſt verò vento eodem, aut alio quouis contrario detegantur, redeantque in conſpectum quæ diu ibi ſepulta iacuerant, tum demum confecta, conditaque ſeruentur incorrupta: non negarim equidem arenas à vento valido commotas ſæpenumero ita impelli, vt à repentino auſtro compulſæ, grandes de ſe cumulos faciant, atque ita exagitari, vt plerunque ipſæ ſedem mutent, in quibus etiam & corpora hominum plerunque intercipiant (quod de Cambyſis exercitu quandoque factum legimus, qui è conſpectu ſublatus, & arenis obrutus eſt) non ideo tamen Mumiam ſiue medicatum funus inde ſuam trahere originem conceſſerim, cum ſepulta in arena corpora ſeruati corporis & medicati funeris vt referant naturam fieri non poſſit. Quod ſi quis verum eſſe dicat quòd in arenis à ſolis calore corporis ſanies & ſanguis confici, ſeruariq; corpus à putredine poſſit, quæra vnde is pullus humor qui in oſſibus cernitur, ipſorúmque cauitates impleuit, carnem conſeruauit, & tabefecit? In ſeruato funere linteamina à Polinctore, & faſcias Cedria imbutas videmus, corporáque ipſa tum marium, tum fœminarum, multis faſciis in gyrum reuolutis ſummam cutim occupantibus deligata: eaque propter vim medicamentorum ponderoſa, odorata, nigráque reddita cernere licet: quæ notæ in ſepultis in arena corporibus videri nunquam poſſent, niſi Libitinarij vel Polinctoris cuiuſpiam id opera effectum eſſet. Præterea vt odorem Aſphalti, Cædriæ, aromatum, & medicamentorum ita redoleant, vt verum ſeruatum corpus, nulla ratione fieri poteſt. Corpus enim demortuum, ſine Salitoris, aut Polinctoris opera vix poterit reddi perenne, niſi prius rebus ad hoc conducentibus imbuatur, vt ſunt Nitrum, Sal, Cedria, Aſphaltum liquidum, aromata, & conſimilia. Nam cuiuſuis animalis cadauer arenis obrutum, ſi per æſtum exſiccetur in arena, nonne abſorbetur humor, qui erat contentus in carne & oſſibus? Quid autem illud cadauer vltra ſaniem aut humorem putrefactioni obnoxium habere poteſt? Quum itaque ex iam à me dictis perſpicuum ſit, cadauer conditum ſiue Mumiam vulgò vocatam ab arenis (vt ipſi nugabantur) non ducere originem, oſtenderimque Aegyptios accurata diligentia Salitoris corpora hominum condire ſolitos ad æternitatem, reliquum eſt, vt quæ

Origo Mumiæ falsò ex arenis credita.

Notarum quæ in ſeruato cadauere comperiũtur obſeruatio.

ab Herodoto de Cambyſe traduntur, referam: Vt quiuis videat in hoc hominũ tantum interitum, non autem medicatorum funerum declarationem. His verbis illud Herodotus ita ſcribit, Cambyſẽ intermiſſa aduerſus Aethiopes expeditione, copias quas aduerſus Ammonios miſiſſe, ſed eas neq; ad Ammonios peruenisſe, neque retro reuertiſſe. Ab ipſis autem Ammoniis id demum fertur. Cum illi ex vrbe Daſi per arenam iter facerent, iámque medio ferè ſpatio inter Daſim & Ammonios prandérent, ingruiſſe magnum & validũ Auſtrum, & aggeſtis arenæ cumulis eos obruiſſe, atque hunc in modum illos è conſpectu ſublatos: ita actum eſſe de hoc exercitu Ammonij memorant. Similia his Pomponius Mela memoriæ prodidit, cùm Carthaginenſium & Cyrenorum fines deſcribit his verbis. Inde ad Catabathmon Cyrenaica prouincia eſt: in eáque ſunt Ammonis oraculum fidei inclytæ, & fons quem Solis appellant, & rupes quædam Auſtro ſacra. Hæc cum hominum manu attingitur, ille immodicus exurgit, arenaſque quaſi maria agens ſic ſæuit, vt æquor fluctibus. Hactenus Mela. Paulò pòſt: Contra hunc Auſtrũ profecti Pſylli, magnis arenarum cumulis omnes ad vnum extincti ſunt. Quod ſi noſtram Mumiam vulgarem, ſeu ſeruatum corpus, inde ſuam originem habere credamus, ratione ſiccitati arenæ, vel corporis humiditati tribuamus neceſſe eſt: dicamúſq; æſtũ aut calore ſolis, ſeruãdi corporis vim habere. Sed quid quæſo corporis cuiuſuis animãtis moles quatuor humoribꝰ conſtãs, præ ſe fert aliud, quàm proiecti cadaueris naturã? Omne ſiquidẽ corpus humanũ potiſsimùm ob humorẽ facilè corruptibile putrefactioniq; obnoxiũ eſſe ſolet. Quod ſi quoquo modo citra libitinarij vel Polinctoris operã cõdiri aut aſſeruari poſſe dicas, aut à quouis elemẽto abſumi, aqua videlicet, terra, igni, aut aëre: nihil certè tamẽ referet aliud quidpiam, quàm ſui ipſius, & elementi commixti ſubſtantiam: haud ſecus ac ſi quempiam in aëre abſumptũ & ſiccatum, vel in aqua ſubmerſum, vel in litore eiectum, in terra humatum, vel arenis obrutum, aut igne abſorptũ videas, nihil prorſus in eo ſimilitudinis naturæ, vel ſubſtantiæ, comperies quod cum ſeruato funere comparari poſsit. Ideo hæc dicta voluimus, ne poſthac adeò temerè ab eiuſmodi orbis externi notis & deſcriptoribus falſis cuipiam imponi poſsit. Quod ſi nonnulli notas ab elementis quærant, & ab igne exempla petant, dicántque eos quorum corpora exuſta ſunt, aut à fulgure tacta, integros quidem eſſe viſos permanere, nihilque de ſua forma perdidiſſe: illis hoc reſponſum velim, ea integra ac incorrupta diu non poſſe permanere, ſed leuiſsimo contactu ea in puluerem diſsilire. Huius rei argumentum à viris fide dignis habeo qui in incendio vrbis cuiuſdam à noſtris in Italia captæ, ho-

Interitus militum Cambyſis in arena.

minum corpora exusta vidisse se integra multa seruata dicebant, sed ea contactu vel solo flatu in puluerem vertebantur, in auraſque euanescebant.

De corporibus â frigore congelatis & de inuentione Anatomiæ ſiccæ. Caput x.

Tranſiti, ſiue à frigore congelati.

QVantum autem attinet ad eos quos vulgus Trãſitos appellat, id est à frigore in trãſitu alpiũ cõgelatos, qui repentè mortui concidũt ac congelãtur, id inſpiratione aëris frigidi fieri dicimus. Corpus enim ab intẽperie frigida ſola interceptũ, extincto calore natiuo refrigeratum congelatur, & veluti concretũ redditur. Quæ cauſa eſt vt ita facilè in tranſitu alpium moriantur. Non eſt itaque ſubita eorum mors niui adſcribenda, quod plerique indocti homines neque in diſciplinis rerum naturalium bene verſati faciunt: Sed intemperiei aëris frigidæ, quæ non tantùm in montium iugis fit, ſed etiam in planitiebus, ſolitudinibus, & nemoribus, ſed & in ipſo quoque mari, quod ab inſpiratione frigidi aëris iugulat hominem, calorem corporis natiuum extinguendo: cui remediũ nullum aliud eſt, quàm corporis vehemens agitatio. Quæ quidem corpora tranſita cũ multis locis à nobis peragratis vidimus, tum in Sacello illo paruo, quod in cacumine montis altiſſimi ad alpes ſitum eſt. Gallorum vulgus Tranſitorũ Sacellum, id eſt, congelatorum, vocat: in quo omni anni tempore multa poſſunt videri corpora à frigore intercepta, quæ indigenæ illuc deferenda curant. Ea ego admodũ ſedulò viſi, vt num ſtatim illa à morte exſiccarẽtur, rigidáq; permanerent, cognoſcerem aut quidpiam referrent, quod cum ſeruato corpore componi poſſet. Rem tamen aliter ſeſe habere intellexi. Sunt enim putria, tabida, & fœtida: imò nunquam ſiccari ob nimiam humiditatem quam habent ab aëre frigido circumfuſo, re ipſa comperi. Multa etenim corpora vidi ab indigenis allata, quæ recens è vita migrarant, quæ quidem tunc rigebant, ſiccaq; credebantur, ſed paulò poſt contabeſcebant. Montium incolæ frigoribus aſſueti, facilè frigoris rigorem patiuntur: ſed aduenæ illac tranſeuntes ſibi valde timent, quos ſi quando procumbere accidat, in illud ſacellum deferuntur, quod his dicatum eſt qui à frigore concreſcunt, proſepultura. Iſta de tranſitis corporibus à me dicta ſunt, vt nemo per niuis ſimilitudinem cum arena comparatæ decipiatur. Mare enim arenoſum corpora putria reddit, nix autem tabida & marceſcibilia. Mare porrò & dulcis aqua corpora nequaquam conſeruare poſſunt perennia, vt ex multis veterum monumentis probari pòteſt. Galenus libro

Putrida ſtatim fiunt corpora quæ à frigore congelantur.

primo de Anatomicis administrationibus, vbi de inuentione Anatomiæ siccæ differit, ait se sæpissime ossa suis carnibus nudata inspexisse, simul adhuc coherentia, vel sepulchris quibusdam vel monumentis, euersis, aqua etiam aliquando sepulchrum pauculis mensibus antè negligentius extructum superãs, ipsum ex facili dissoluit, totúmq; cadauer magno impetu tractum, carnibus quidem iam putrefactis, cæterùm ossibus adhuc inter se strictim cohærentibus, vsque ad stadium, pronũ detulit. At cum ipsum, inquit, locus portuosus marginem æquabilem, & planam habens excepisset, eodem cadauer appulit. Atque hoc tale nobis occurrit, quale medicus ipsum ad adolescentis industriam de industria præparasset. Cæterùm mihi visum est etiam latronis quandoque cadauer exsiccatum, paululum vltra viam in monte procumbens, quem viator quidam se prius adorientem contrà pugnando occidit. Nemo autem ipsum illius regionis inquilinus sepulturæ mandaturus erat. Hæc Gal. Sed is cadauera exsiccata vel σκέλεον describit, nõ autẽ seruati siue medicati funeris rationem. Suadet autem ille, si quis vniuscuiusque ossis humani speciem perdiscere velit, in Alexandria Asiæ vrbe vt commoretur (ea autem non est Alexandria Aegypti) in qua vrbe medici disciplinam tradentes ossium, ea etiam inspicienda suis auditoribus exhibent. Subiungit deinde Gal. Quòd si non assequaris vt in Alexandria commoreris, licebit hoc modo hominum ossa contemplari, quo ego quoque vsus sum. Quo autem vsus sit, iam ante dixi. Addit paulò infrà. Tu si ne huiusmodi quidem vllius spectandi copiam nactus fueris, at in simia carnibus ablatis singula exactè ossa considerare licebit. Hactenus. Mihi verò talia, aut multò plura vidisse contigit, vel his similia quæ scripsit Galenus, quippe nautarum & militum in mari submersorum corpora & ad littus eiecta, quorum nonnulla arenis tandem contecta, alia verò detecta videbantur ad littus Bononicum appulsa, in eo bello occisa, quod Britanni contra Gallos susceperant. Ne autem dictis fides abrogetur, multò plura addam, quæ à nostrorum quamplurimis quoque tanquam miraculi causa visebantur. Cum fortiter diu inter vtrasque acies dimicatum esset, missiliúmque tormentorum cæterorúmque bellicorum instrumentorum vi, vtriusque gentis variis modis militum corpora terra marique prosternerẽtur, neque tamen milites (tantus rei gerendæ eorum animis ardor insitus erat) hyemis seuientis rigore, bruma, aut grandine, neque loco alsioso, neque calentis æstus impatientia à pugnando abducerẽtur, multi ad litus inter arenas interfecti iacuerunt. Tandem Gallorum virtute, diutinaque obsidione Britanni fatigati cum vrbem Bononiam in Picardia ad littus Oceani sitam dedissent, permulti

O ſiũ cõpages carnib⁹ immunẽ à Galeno viſam.

permulti vt stragis reliquias viderent conuerterunt. Nobilium quoque Gallorum non paucis Regem comitantes, vt cæsa corpora viderent, illuc se receperunt, quorum testimonio multa funera & cadauera in ingestis illic arenæ cumulis inter Anglorum vallum in mari situm, cui Dunetta nomen erat, & nostrũ ei oppositũ quod Iardinet, *vel* le fort de Chastillon *vulgò nuncupabatur, iacebant. Sed inter tot corpora, ne in vno quidem aliud, quàm ossa albissima & Sceleta mundissima visebatur: nam caro prorsus absumpta erat, tendonésque ac nerui, omnéque ligamentorum genus exaruerat. Ista autem omnia in nostra Gallia à me visa penè similia sunt, his quæ in Arabiæ desertis ad mare rubrum vidi, hominum, equorum, & camelorum. Iter autem quod inter Nilum & mare rubrum intercedit, veluti totius Aegypti Camelorum est Cœmiterium, quorum ossea Sceleta illic omnem niuem albedine vincunt. Reliquum eorum anatomes persequi ad tractationem nostram nullo modo facit, ista tamen veluti per transennam (quod aiunt) à me dicta sunt. Thales Milesius, qui aquæ inter elementa principem locum dedit, cadauerum adobrutionem approbat, quòd in humorem resolui valeant. Hæc obiter dixisse volui, quo ostenderem corpus nullo pacto ab elementis posse seruari nisi condiatur, aut nisi aliquid adiuciatur, quòd potestatem desiccandi, aut conseruandi à putrefactione habeat.*

Sceleta prostratorum militũ ad Bononiam.

Camelorũ cœmiterium.

Neoterici authores describentes Mumiam, funus medicatum intellexerunt, non autem Pissasphaltum.

Caput XI.

MVmiam Ianuensis in sepulchris mortuorum antiquis inueniri scribit, eamque ex substantia cadauerum constare, & mixtura condimẽtorum quibus cõdiebantur, myrrha scilicet & Aloe, siue quibuscunque aliis similibus, sibi tamen (vt scribit) ignotis. Platearius verò non pœnitendus author, quem nunc omnes Pharmacopolæ sequuntur, ex authoritate & testimonio Constantini sic habet. Est autẽ Mumia quædam species, quæ in sepulchris mortuorum reperitur. Solebãt antiquitus corpora mortuorum Balsamo vel myrrha condiri, & adhuc fit apud Paganos circa Babyloniam, vbi est copia multa Balsami, circa cerebrum & spinam, vnde sanguis ad cerebrum calore Balsami trahitur & excoquitur, aduritur, & desiccatur, & in Mumiam transmutatur, & circa spinã etiam Mu-

Neoterici authores Mumiam scribere volentes, de seruato funere loquuntur.

„ *mia inuenitur. Eligenda est quæ lucida, nigra, & fœtida est, etiam quæ est so-*
„ *lida: subalbida verò, obscura, non fœtida, quæ facilè puluerisatur, abiicienda*
„ *est. Hactenus Platearius, qui planè seruati corporis persequutus est historiam,*
„ *sed falsa quadam descriptione. Ioannes à Sancto Amando exponens Nico-*
„ *laum in Synonimis: Mumia, inquit, conuenit cum iis omnibus qui seruatum*
„ *corpus definiunt, cùm sit collectio specierũ quæ inueniũtur in sepulchris mor-*
„ *tuorum. Mattheus autem Syluaticus eadem penè ad verbum recenset, quæ à*
„ *Platearo traduntur. Mumiam autem sic exponit. Est illud Mumia, quod in-*
„ *uenitur in sepulchris balsamatorum, in quibus humor mortui cum Aloe &*
„ *Myrrha resoluitur, quibus ipsa corpora condiebantur, & similatur pici mari-*
„ *næ. Solebant antiquitus corpora Balsamo, myrrha, & Aloe condiri, & adhuc*
„ *fit apud Paganos & Sarracenos circa Babyloniam, vbi est copia Balsami.*
Huc vsque ille. Matheus Syluaticus pandectarius alios omnes sequutus, in
eundem prolapsus est errorẽ. Seruatum etiam corpus definiuit. Sed omniũ falsæ
sunt descriptiones. Platearij tamen & Ioannis de Sancto Amando senten-
tias, si seruatum corpus spectemus, probo. Nam quæ ipsi de Mumia scribunt,
ad seruatum corpus referenda sunt. Si verò Mumiam spectemus, verba eorum
Mumiæ nequaquam conuenire, siue Pissasphalto possunt. Iam satis ex his
omnibus, quæ ex varia authorum Neotericorum sententia attulimus, perspi-
cuum esse arbitror, Mumiam qua nunc vtimur, in nomen seruati cadaueris
irrepsisse. Sed Serapionis interpres Mumiam sepulchrorum cum Aloe &
myrrha, & quod admiscetur eis ex humiditate corporis humani, interpreta-
tur. Si id verum esset, medicatum funus quod illi appellant, certè amarum, vt
iam suprà diximus, gustanti deprehenderetur: nam Aloe & Myrrha amaræ
sentiuntur. Mumia autem ab illis vocata amara nõ sentitur, Ideo nec ex Aloe
& Myrrha, nec ex similibus, neque Balsamo fit. Quod si Pissasphaltum, vt
paulò post dictum sum, sui generis res sit, in Macedonia & Illyria nata: Me-
dicatum autem funus in Aegypto ex cadaueribus conditis efficiatur, cada-
uérque ipsum nunc Mumia vocetur: meritò neutrum horum, nec Pissasphal-
tum esse, nec amaris rebus cadauer esse conditum concludemus.

Funus seruatum siue Mumiam dictam, tantam habere apud Gallos commendationem, vt optimates ea nunquam careant. Caput XII.

Vsus funeris seruati apud Gallos maximus.

PRiscorum Græcorum ætas suis monumẽtis nusquam funeri medicato vires tribuisse legitur: nam in eum finem corpora condiri non sunt solita, vt in medicamentorum vsum aliquando transirent. Neque illud olim apud negotiatores in pretio fuit. Paucis autem ab hinc annis hoc medicamentum ad nos adferri cœpit. Neque vllæ merces externæ, quanuis insignes, à negotiatoribus in præsentia tam diligenti cura ad nos adferuntur, quàm istud condîtum Aegyptiorum & Iudæorum cadauer. Cùm verò neque ex vllis Arabum aut Hebræorum, Græcorum, aut Latinorum scriptis doceri possit, cadauer hoc cõdîtum in aliquo vsu olim apud priscos mortales fuisse: demiror, ita me Deus amet, eo vsque hominum stoliditatem processisse, vt maximo sumptu etiam ipsa maria transfretent, vt Mumiam vocatam quærant, eámque veluti rem precioſissimam admirentur, eíque in exoticorum medicamentorum censu primum locum tribuant. Cuius virtus credita (si vlla est) non à medicis tantùm, negotiatoribus iatraliptis, aut alterius sortis medicis & chirurgis, sed iam etiam ipsis aurigis, venatoribus, & aucupariis cognita est: tantúsque eius increbruit vsus, vt magnates, & illustres viri, reges quoque ipsi, & totius orbis imperatores ea carere nolint. Franciscus ille Galliarum rex huius nominis primus, literatorum Mecœnas, & literarum instaurator, nullum casum pertimescebat, si vel minimum eius apud se haberet. Ideóque nunquam ea, aut in certaminibus, equestribus cursibus, & iocis, siue venatum, equitatum & deambulatum iret, in bello aut pace carere voluit. Eam autem cum Rhabarbaro in puluerem redatam, ipsemet secum in balteo gestabat. Scopus autem quem ex hoc medicamento omnes flagitãt, hic est: vt corpora ab alto deuoluta eo adiuuentur. Sanguinem enim in grumos concretum dissoluere creditur. Quæ causa est vt Rhabarbarum ei coniunctum perpetuò habeatur. Et quemadmodum hominibus conferre, remediúmque illis esse præsentaneum, sic quoque animalibus omnibus conducere autumant: ex quo veterinarij & mulomedici sæpissimè equis ægrotis ex vino propinant, accipitrarij auibus in pillula exhibent, venatores canibus ex iure pingui, & aliis quadrupedum generibus commodissimè. Magnates quoque aulici, vnum ex pincernis ad id præficiunt, qui nunquam ab eorum præsentia absit

Vim medicati funeris omnes agnoscũt.

Franciscus Rex medicatum funus in balteo gestabat.

Corpora ab alto cadétia hoc funere iuuantur.

Pincerna aulicos optimates cũ vino et seruato funere comitatur.

cum in agris equitant, aut iter perſequuntur, aut venatum eunt. Argenteas ille duas fert lagenas vtrinque Ephipio adalligatas, vino plenas, culeis obuolutas, vt ad curſum expeditiores ſint. Vulgus Gallicum hoc ſua lingua vocat la ferriere. *Latinè autem efferri non poteſt. Nonnihil autem de corpore hoc condito ſiue Mumia vocata, ab illo pincerna in culeis ſeorſim in pyxide circunfertur. Miſcetur ea vnguentis & emplaſtris aſtringentibus fœlici ſucceſſu, ſanguinémque expuentibus, & iis qui ab alto ceciderunt. Memini quondam me eſſe apud Montempeſſulanum, vbi acriter inter medicos, negotiatores, & Iatraliptas, de electione huius medicati funeris decertabatur. Agebatur autem tantùm de electione, non autẽ an ea eſſet Mumia. Varia ex officinis omnium funerum genera allata ſunt, quæ inter ſe diſcrepantes notas habebant, coloréq; & pondere differebant. Pharmacopolæ ſiue negotiatores in colore & pondere eſſe petendam electionem contendebant. Medicus in ſapore quidem, vt par eſt, & odore delectum quærebat. Vna earum quoniam grauis erat, nigra & friabilis, terre aque, quæ leui digitorum attritu in puluerem decidebat, adulterina habita eſt, alia verò ſubrubea, leuis, ſubpinguis, & ſubodora, ab omnib⁹ genuina iudicata eſt. Omnia funera vt plurimùm falſi eſſe ſaporis deprehenduntur, non tamen in omnibus ingratus odor & falſus ſentitur, nam corpora Nitro etiam, vt ex Herodoto dixi, ſaliuntur.*

Quomodo eligendũ eſt ſincerum funus.

Quod nimia licentia Arabes authores antiqui & immeritò à quibuſdam recentioribus coarguantur.

Cap. XIII.

QVoniam iam ſuprà quid medicatũ funus ſit, ſatis abundè mihi tradidiſſe videor, nunc quid Arabes de eo ſcripſerint, huc quoque adferendum cenſui: quorum tamen ſingulas opiniones ſi recenſere velim, multæ mihi paginæ implendæ fuerint. Inter omnes autem qui de Mumia multum ſcripſerunt, primas tenet Serapio, qui in capite de Mumia, cæterorum Arabum, qui de ea ante ſe aliquid ſcripſerũt ſententias proferens, ad verbum ea transfert ad Mumiam quæ Piſſaſphalto debentur. Iiſdem autem verbis quibus Dioſcorides in Piſſaſphalto vſus eſt, reliquas ipſius Piſſaſphalti vires perſequitur. Sed interpres Serapionis, cũ Mumiam à ſe exponit, inquit: Mumia ſepulchrorum cum Aloë & Myrrha, & quod admiſcetur eis ex humiditate corporis humani, quæ verba Serapionis nõ

Arabes authores immeritò à multis accuſantur.

sunt, sed interpretis. Nam Serapio postea hæc verba habet. Est in terris quæ dicuntur Ascaloniæ. Descendit nanque ex montibus, qui ducunt flumina cum aqua, & eiicit eam aqua fluminis in ripis, & est coagulata, & fit sicut cera, & habet odorem picis mixta cum bitumine, & aliquo fœtore, & virtus eius est sicut virtus picis & Asphalti mixtorum. Quæ verba re vera omnia ad Pissasphaltum, pertinent suntque serapionis genuina. Mesue Mumiam: describens, initio quidem capitis videtur ad medicatum funus deflectere, sed facilè crederem interpretis esse verba: nam mox ad Dioscoridis Pissasphaltum reuertitur. Auicenna cùm de Mumia scribit, eius statim vires aggreditur, neque vllo pacto quid sit describit: quod quidem argumento est, illum nihil intellexisse aliud, quàm Pissasphaltum. Scribit enim eam ipsam esse in virtute picis & Asphalti commixtorum ex mixturis vtrorumque. Serapio in capite de Mumia sua, quæ Pissasphaltum est, citat Mesuem, à quo testimonium petit. Mesue, inquit, citauit Galenũ, qui memorauit eam in Almaiemur quando locutus est de Soda in libro quarto. Cuius verba non bene sibi constare videntur. Serapionis tamen non hoc vitium esse crediderim, sed potius interpretis: quam rem facillimè ex significatione vocis probabimus. Almaiemur enim quod hoc loco citat, apud Galenum videtur. Silphium esse, quod Romani Laserpitium vocant, Officinæ Assam. Insuper si Serapionem capite de Aiouden legerimus. Almaiemur Mesues cum Serapionis Almaiemur prorsus cõuenire videbimus. Cùm itaque Mesues seorsum Mumiam ab Assa descriptam habeat, quæ idem est cum Almaiemur, liquet sanè ex eo quòd Mumiæ vires non cõfundat cum Silphio, neque sui Silphij vim suæ Mumiæ cum tribuere voluisse. Itaque si quem fortè apud ipsos Arabas similem errorem comperias, cum in interpretem, non autem in ipsum authorem conferre debebis. Non enim Arabas Mumiam intellexisse Silphiũ esse, neque Silphij vim cum Mumiæ viribus confudisse, vsquam legitur. Siquidem vires quas Græci Silphio tribuerunt, Arabes Assæ adscribunt, non autem Mumiæ, prout vtrumque bene descriptum habeant. Ne autem aliorum opinio nos cõturbet, ista de Mumia & Assa & de Aioudem & Almaienur dixisse volui. Ergo qui temerè bonos viros taxant, atque eorum sententiam non tenent, reprehensione non carent. Quod si Auicennam, Serapionem, Mesuem, Rasim, omnes denique Arabas, capite de Aioudẽ legeris, in eo Silphij vires seorsum à Mumiæ viribus descriptas esse videbis. Arabes, cum sua lingua scripserunt, à nobis non essent magno Græcarum & Latinarum literarum, sed Arabicarũ aceruo corripiendi. Nã quum eorũ sententias omnino non teneamus, neque Arabicã

Arabes Mumiam describentes Pissasphaltũ intelligunt.

Silphium. Laserpitiũ. Assa.

Arabes magno græcarũ literarũ aceruo minimè corripiendi.

linguam intelligamus, eos fortè insontes accusamus. Exempli gratia, multi eis obiiciunt quòd Mumia non sit sanies sepulchrorum. esto. neque id etiam ita esse tradiderunt. Quòd si videmus Græcos interpretes in iisdem vocibus hallucinatos esse, quid de interpretibus Arabum dicemus? Iam nos qui Græcos authores in manus sumpsimus, Græcorum quidem interpretum, & plærunq; etiam authoris errorem ab ipso commissum agnoscimus. Nam cum errorẽ aliquem deprehendimus, eum aut in suum authorem, aut interpretem referimus Arabum autem errores non agnoscimus, neque interpretum errata deprehendimus, nisi errata intelligamus: ideo in eorum disciplinis parum à nobis intellectis nihil nobis sarciendum censeo, vt autem vnde in hæc diuertimus, eò dẽ redeat oratio, ad recentiores authores transeo, qui rem potius quæ vulgò falso sub nomine, magno in precio est, spectarunt, quàm vt authorum qui de seruato funere probè scripserunt sententiam perscrutarentur. Videbant illi seruatum hoc funus magnopere negotiatoribus expeti, nec paruum eius esse in Medicina vsum: cuius cum genuinam nomenclaturam ignorarent, vnà cum negotiarum vulgo in errorem prolapsi, Mumiæ nomẽ nobis pro vero seruato corpore, obtruserunt, viréque huius illi ascripserunt: cum tamen Arabum Mumia, Græcorum sit Pissasphaltum. Qui itaque tam pertinaciter Arabes incusant, quòd Mumiam vocatam, humanorum cadauerum tabidam saniem esse dicant, proteruè agũt. Nam demonstrare nõ possunt, Arabas authores quos reprehendũt, Mumiam aliud quàm Pissasphaltum intellexisse. Nam si Mesuem, Serapionem, & omnes postremos authores legerimus, aut eos qui antè scripserunt, neminem eorum Mumiam id esse intellexisse comperiemus, quod illorũ interpretes nobis reddiderunt. Quod si in disciplina Arabica interpretes aliquid præter authoris sentẽtiam exponunt, vt in Mumia apud Serapionem & cæteros legimus, id eorum interpretibus, non autem authori ascribendum censeo. Mirum sanè est tam frigidam ab interprete falsò adiectam notam, tantam imposturam posteritati feciſſe, quem, rei quam describebat ignarum fuisse, necesse est. Nam si ipse reliquas quas habebat Serapio notas legisset, aliquid ille quoque de seruato cadauere adiecisset. Serapio enim capite de Kitrã siue Cedria, scribit eam custodire corpora mortuorũ expellendo putrefactionẽ, & destruendo quicquid in eis est humiditatis, absque eo quod lædat mẽbra radicalia. Hæc Serapio. Nemo sanè est qui nesciat quantum Arabibus debeatur, quorũ profecto si exemplaria excidissent, cum re medica fortassis malè actum foret. Nam cùm libri Græci non extarent, Arabes seriò suam operam opportunè præstiterunt, in queis Auicenna cumulatissimè de re Medica multos libros con-

Vnde error manauit quòd nos seruatum corpus Mumiam vocemus.

Quid mumia sit explicatur.

Cedria à Serapione scripta.

Arabes medicinã excoluerunt.

scripsit. Mesues quoque quàm doctissimè, Auerrois Rasis, Isaac & multi alij rem medicam tam Theoricè quàm practicen & illustrarunt, & auctiorem multò reddiderunt. Verùm quum Græcæ literæ, quæ diu velut in tenebris iacuerant, in lucem reuocatæ sint, Græcos in præsentia sequi malumus. Sed re vera sine Arabibus Praxis frigidiusculè exerceretur. Vellẽ Arabum omnium scripta ad authoris fidem conuersa haberemus. Sed quia non intelliguntur, aut alio sensu conuersa sunt, malè à quibusdam quòd rem medicam corruperint, taxantur. Habuit ab Arabum dogmatibus Medicina maximam lucem sine quibus tam multis mercibus, quibus nunc morbis medemur, non abundaremus, nisi eorum familiæ scriptis suis aliquid posteritati reliquissent. Neque simplicium medicamẽtorum, aromatum, rerum insignium sanitatem nostram tutantium, ac morbos prosligantium copiam tantã in vsu haberemus, nisi eam Arabes nobis suggessissent. Multa autem eorum vocabula à nobis ignorantur, quòd Arabum doctrina adhuc non satis exculta, & malè ab interpretibus versa sit & intellecta. Quod si Paradoxa quispiam contra Theophrasti ac Galeni scripta meditari vellet, argumẽta infinita haberet, in his dico quæ male ab interpretibus versa sunt, quæ tamen errorum culpa in interpretem non ipsum authorem conferenda est. Si nulla alia Aristotelis, Theophrasti, & Dioscoridis interpretatio, quàm ea quam primùm boni illi veteres verterant, extaret, profectò multa Paradoxa contra eos excogitari possent, quæ tamen ridicula forent: nam cùm interpres præter authoris sententiam perperam aliquid exponit, frustra author accusatur. Cæterùm dominus Valerius Cordus Germanus, singularis doctrinæ iuuenis, præceptor meus, paucis antè annis Dioscoridem Vitembergæ publicè interpretatus sententiam hanc tuebatur: Asphaltum arte in hominũ ossibus immitti posse, quo Mumia vulgaris adulteraretur. Ille, re vera summum rerum omnium fastigium, quæ ad rem medicam pertinent, fuisset adeptus, nisi eum mors immatura ad funestos ignes è medio optimorum studiorum cursu sustulisset. Is sæpe mihi referre solebat, se inter cætera vehementer cupere aliquando Aegyptum peragrare, quum vt eo loci enascentes stirpes videret, tum maximè vt seruatum corpus agnosceret, cuiusmodi illic à Polinctore medicatum est. Quamobrem maximam illi partem rerum mearum acceptam ferre debeo, quod ipse mihi vt Aegyptum peterem animum addiderit. Persuasum autem habuit (quod tamen improbo) exteros artificiosè Mumiam nostram ex natiuo & liquefacto bitumine mentiri posse, & ita ad nos asportari. Bitumen enim in hominum cadauera infundi, eóque omnes iam concauas partes impleri, craneum scilicet, pectus ventrem,

Valerius Cordus singularis doctrinæ iuuenis fuit.

& omnia pervia ossa, nec integra tantùm hoc mode funera condiri ab Arabibus, sed eo etiam arida ossa compleri solere, & in humanam formam effingi, talémque esse Mumiam, quàm hodie afferant, putauit. Nullã autem Myrrhæ vel Aloës portionem admixtam haberi, quod idem odore & sapore manifestissimè deprehendi posse pronuntiauit, addítque corpora, quæ Myrrha & Aloë condiuntur, diuitum esse, neque ea ad nos adferri, sed illa tantùm quæ bitumine condita sunt, neque ea propriè corpora esse, verùm arida tãtùm ossa, in queis bitumẽ infusum sit. Hæc ille. Eadem ferè verba pater Euriceus Cordus in suo Botanico de mumia vocata scripserat, tamen neuter genuinum scopum de hac re vnquam attigit.

De mœrentium lugubri mulierũ eiulatione & planctu. Caput XIIII.

DVrat etiam in hunc diem mortuos deflendi apud Christianos consuetudo, ab antiqua illa lugubri Ethnicorum eiulatione originem ducens. Erat autem hic olim Ethnicorum mos vt defunctos, multos dies deflerent: quem morem à maioribus suis acceptum Græcia retinet. Vbique etenim quadam consuetudine promiscua, cum quispiam è familia siue maritus siue affinis, quem illi debeant de more lugere moritur, detecto capite & facie in publicum prodeuntes mulieres, vrbẽ circum lustrant, capillis passis, sinuque denudato, ingentes eiulatus & vlulatus emittentes. Comas quoque & genas lacerãtes, & extensis manibus cum dextra tum sinistra sternon supra mammas percutiunt. Dextra autem manu partem sinistram, Sinistra verò dextram vnguibus dilaniant. Comam quoque eodem modo, ita vt dextra manus sinistrum latus, sinistra dextrum trahendo dilaceret. Et nũc genas per vices scarificãdo, nunc pectus percutiendo, nunc crines trahendo luctum peragũt. Qui quidem lugendi mos mulieribus tantùm, cuiuscunque generis sint, concessus est: nam viri funus non lugent. Romanorum lugubrem eiulationem. Marcus Cicero Lessum appellat. Nã & suos quóque lugendi ritus apud Romanos fuit. Scribit autem Plutarchus, Numam Pompilium apud Romanos, pro ætatibus, temporibúsque defuncti lugendi modum statuisse. Puerum non lugeri trimo minorem, neque etiam natu grandiorem. Neque etiam plus mense, qui vixisset vsque ad annos decem. Mulieribus viduis per annum, qui tum decem tantùm mensium erat, lugere maritum fas fuit. A Romulo siquidem annus tantùm ad lugendum

Modus mortuos flendi.

Viri funera non lugent.

ad lugẽdum præstitutus fuerat, qui & duodecim quoque tabulis præscriptus erat. Lessus, lugubris est eiulatio, vt ex Cicerone diximus, qui in legibus ita habet: Mulieres, inquit, genas ne radunto, néve lessum funeris ergô habento. Quibus verbis puto Ciceronem velle, ne mulieres vnguibus genas radentes infligerent in facie scarificatus. In lugubri enim illa funerum eiulatione faciem vnguium afflictu lædere solebant. Quam rem ego non auditione, aut aliorum historia percepi, sed sæpius nuper in multis Græciæ locis sum intuitus. Primùm quidem Corcyræ: Siquidem Martio mense 1547. cùm per horam mane ante lucem iam permultos dies strepitum atque multorum eiulatus audissem, quos initio canum inclusorum latratus esse credebã, tandémque quo id cogno scerem surrexissem, mulierúmque eiulantium conuentum vidissem, magna certè sum admiratione captus. Domum reuersus cùm obdormissem, putabam me illa somniasse quæ ante lucem videram. Itaque cùm hospiti id pro somnio narrarem, ipse non esse somnium dixit, sed rem verissimam eam quam pro somno ducebam. Hæc autem mulierum eiulatio ficta est: nam nihil lachrymarũ ex earum oculis premanat. Insuper mulieres, quæ rarò se in Græcia viris externis conspiciendas præbent, gaudent se occasionem nactas cæteras comitandi, quo suam pulchritudinem sic nudatis mammis intuentium oculis ostentent. Huiusmodi autem lugendi ritus Senatus Venetus interdixerat in his Græciæ vrbibus, quæ Venetorum ditioni parent, vt Cypro, Creta, Corcyra. Quæ initio quidem ab hac eiulatione aliquandiu abstinuerunt, paulò pòst tamen ad eosdem ritus denuo se receperunt. Nam & ipsi quoque viri in hoc sese magnopere efferunt, cum vxorem pulchram duxerint, quam nũquam videndam in publicum prodire sinũt, si ea tunc nudato pectore cum aliis mulieribus in eiulatione lugubri in publico conspiciatur. Quoties autem aliquis apud eos vita functus est, viri qui alioquin etiam vicinas mulieres nunquam vident, se eos contemplandi occasionem nactos gaudentes omnes in publicum prodeunt: alij Zelotypia laborantes adsunt, velut vxorum custodes: alij, vt amasiarum pulchritudinem contemplentur: & ita variè illic homines affecti adstant. Vt autem hæc eiulatio melius peragatur, conuentum plancturis indicere solent, locúmque idoneum quærunt, vbi defuncti mortem bis quotidie lugeant. Quæ verò ex his mulieribus vocis bonitate reliquas superat, & quæ altius cantat, sola cantum incipit: vocéque ab aliis dissona defuncti laudes cognatis & affinibus recenset. Quod si mulier ex parentibus desit quæ ista præstet, aliam mercede cõducunt. Nam multæ in vrbibus Græciæ mulieres reperiuntur, quæ nulla alia ex re quæstum facere solent, quàm vt mortuos defleant. Ita enim ad

Mulierum Græcarũ eiulatio.

Mulieres quæstum eiulatione faciunt.

recenſendis defunctorum laudes factæ ſunt, vt vel nolentes ad eiulatum prouocent, mulierum autem illa quæ melius eas recenſere norit, maiori præmio cõducitur: reliquæ autem mulieres adſtantes attentè quicquid canitur audientes, ſimul aſpirata miſcentes, eadem cum illa voce funebrem canunt cantionem. Ea autem quæ plures vnguium ſcarificatus in faciẽ infixerit, & genas acrius dilaniarit, præmium maius referre ſolet. Magnam verò laudem virgines ex hac faciei dilaceratione conſequuntur. Quanuis autem vbi aliquis apud eos vita functus eſt, vicinæ mulieres turmatim accedant, & ita vt ſuprà dixi detectæ funus humandum cantantes comitentur, non tamen omnes ita ſeſe verberant, vnguibúſque genas lacerant, ſed illas formam ac pulchritudinem in funere oſtentare iuuat. Dalmatas quoque mulieres & Illyricos totis noctibus funebres hos vlulatus Panegyricóſque, vt Græcanicas, inter ſeſe circa Niſſam vrbem non procul à montibus Rhodopes exercentes audiuimus. Hunc eundẽ quoque morem Bulgaricæ mulieres ad hunc vſque diem ſeruãtes, lacertos lacerant, vultum conſcindunt laniantque, liuidáque oſtentant vbera. Eius regionis innuptæ virgines capillos aurium tenus præciſos circumferunt: Quæ autem nuptæ ſunt, pendẽtes in humeros diffundunt, ferúntque diadema grandiuſculum ei ſimile, quod à mentitis noſtris Aegyptiacis circumferri videmus. Illam autem apud nos vagabundam gentem, quam Aegyptianam vocamus, à Bulgaris eſſe oriundam confirmare auſim. Neque tamen harum omnium fictæ ſunt lachrymæ, aut conductæ, ſed re vera mulieres plangendo filios, fratrem, patrem, aut alium quempiam defunctum maximo preſſas dolore, multis ſe ictibus propria manu percutiẽtes, ſeſéque magno malo mulctantes vidimus. Multa de eiuſmodi antiquorum planctibus apud Fabium Quintilianum leguntur declamatione decima, vbi eum mater deſit videre filij vmbram, accuſat maritum malæ tractationis, qui adhibito Mago incantauit ſepulchrum. Hæc, inquit, Nõ deſyderio fictus, aut fucatus habitu, nec ſomniorũ vanitate conſpicitur, ſed experta non totum mori hominem, illud quod nec flammis vritur, nec cineribus extinguitur, nec vrnis ſepulchríſque ſacris præmitur, expectat. Et paulò pòſt ſubdit, Vbi ſunt qui citò iubent ſtare lachrymas, quibus non placet longum agere mærorem? Mox: Oderat ignes, oderat rogos, reponi corpus, & ſeruari membra cupiebat. Et nunc infœlicem magis matrem pœnitet, quòd ſepultus eſt, qui poterat reuerti. Gaude, inquit, marite, gaude, filium fortaſſe nocte proxima videbis, illum quem crudelibus flammis excuſſiſti, ex quo cineres & oſſa ſuperſunt, iuuenem videbis, & fortè etiam die ſperes. Deinde: Cum verò comperit noctes ſuas iuuenis neceſſitatibus magicis ex-

Mentiti illi Ægyptij à Bulgaris oriũdi.

Quintiliani de eiulatione Romanorum verba.

cantato periſſe feretro, quantum illa præfixum clauſúmque tumulũ nudis ce- „
cîdit vberibus? quo fletu ſepulchra perfudit? quo gemitu audientem forſitan, „
& exire cupientem fruſtra vocauit animam? Poſtea: Quàm verum eſt quic- „
quid exclamat calamitas, nec ab infœlicibus ficti temere exeunt gemitus! „
Mulier quæ ſanguinantes ad iudices porrigit lacertos, que ſciſſo laniatóque „
vultu, quæ liuidis profertur vberibus, magno dolore cogitur, vt hoc potius a- „
gat, quàm cineres oſculetur, quàm complectatur vrnã. Grauis teſtis querelæ „
ſuæ orbitas eſt. Paulò poſt: O pietas, cæteri corporis cinis & fauilla! tamen cor- „
pus ſumebat in nocte, & ad ſolita viuentis membra reuocatus præbebat ſe „
matris oculis, qualem non crederes receſſurum. Poſtea: Quid imprecer ſcele- „
ratiſſimo patri? vmbram probare voluit. Miſſeremini iudices, vt hoc facinus „
quibus debetis accipiatis animis. Maius parricidio, maius quàm ſi filij ſepul- „
chrum funditus eruiſſet, & ſacros morte lapides, etiam cineres & oſſa religioſè quieſcentia fracta ſparſiſſet vrna. Deinde: Peßimus parentum, qui dum „
liberos ſuos ſepeliunt, flere contenti, vt obiter ab rogo ſiccis oculis reuertãtur, „
Negat vllos eſſe Manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare vi- „
uentes à cinere ſenſus, nec tam videri imagines hominum, quàm cogitari, & „
oculos luctibus credere. Plura ille in hac tota declamatione habet, quæ vos le-
gere non pœnitebit.

De multis eiulationibus & plãctibus lugubribus tam recentiorum, quàm antiquorum. Cap. xv.

PErſarum in luctu mos erat capillum detondere, lugubrique ve- Luctus Perſarum.
ſte coniuges ac liberos induere. Brachmanes Indorum ſapientes Brachmanes viuos cremari
diem fati occupare ſunt ſoliti, viuósque cremari ſe iubent, imò ſe iubent.
& coronati more ac lege Indorum hymnos ac laudes deorum concinunt, documento præclariſſimo, quàm potens, quàm valida, quámque inſuperabilis ſit humana mens, vbi quid agere conſtituerit. Alexãdriæ obolis conducebantur, qui mortuos flebant, Quod quidem munus illi ſolicitè adeò ac planè præſtabant, Vt ad eos quàm maximè pertinere funus putes. Ariſtoxemus in primo de Muſica, Olympum tradit in Pytonis ſepultura cecinîſſe tibia ſecundum lydium modulum funeralia. A Varrone proditum & Catone eſt, In funeralibus tibia concini mos fuit.
maiores in funeribus vti conſueuiſſe tum nigro, tum cæruleo colore. In adoleſcentum autem morte tantùm cæruleum adhibere ſolẽne fuit. Quandoquidem verò mortuorum eiulatio, quæ Romanis olim adeò erat communis, nunc apud

eos exoleuit, mãsit autẽ eadẽ quæ olim in Græcia, & in regionibus quæ Græcorum Ecclesiæ parent, vt Bulgaris, Seruis, Dalmatis, Epirotis, quæ de hac eiulatione antiquissimi quoque illi Græci scripserunt, ea mihi adiicienda visa sunt. Diodorus ea omnia tradit de Aegyptiis, quæ nos de Græcis & Romanis scripsimus. Postquam autem ipse omnia quæ iam suprà scripsi de corporibus Aegyptiorum tradidit, sic scribit, Qui deprehenditur iniustè crimen cadueri obiecisse, magna mulctatur pœna. Quum deest accusator, aut per calũniam accusatum constat, cognati finito luctu ad laudes mortui vertuntur, nihil de genere eius, sicut Græci consueuerunt, narrantes (existimant enim omnes Aegyptij pariter se nobiles esse) sed ordientes à pueritia, in qua vitæ institutionem eruditionémque recensent, ad viri ætatem descẽdunt, eius erga deos religionem, iustitiam, continentiam, virtutésque cæteras commemorantes. Hactenus Diodorus. Ex cuius verbis nihil clarius est, quàm eiulationem, quæ in hodiernum vsque diem processit, hinc originem traxisse. Græci luctũ demortui cantantes incipiunt ab eius pueritia, vsque ad eum diem in quo vitam finiuit: atque singulis diebus annum integrum, omnes virtutes que in eo erant, vitæ institutionem, eruditionem, benemerita eius erga deos, religionem, iustitiam, continentiam recensent.

Ægyptiorum olim mos fuit mortuos lugere.

Libri secundi finis.

PETRI BELLONII CENOMANI AD REVER. D. FRAN. CARD. Turnonium, Mecœnatem & herum ſuum illuſtriſsimum,

DE MEDICAMENTIS NONnullis ſeruandi cadaueris vim obtinentibus.

Liber Tertius.

QVAMVIS antè ſingula quæ ad defunctorum funus pertinere nobis videbantur dixerimus, adhuc tamen ſuperſunt nonnulla quæ ſeruádi funeris vim obtineant, ideo de his quoque aliquid differẽdum putauimus. Cuiuſmodi ſunt Cedria, Bitumen, Piſſaſphaltum, Naphta, Nitrum, Aſiæ petræ flos, Sales & Sal chimiſticus. Proinde de illis pertractare inſtituimus, à Cedria initium ducentes.

De Cedria. Caput primum.

Liber de Coniferis in quo de Cedria.

Ametsi de Cedria diffusissimè in libro de coniferis arboribus disseruimus, tamen quia huic nostro instituto maximè conuenire videremus, ob id quæ de ea alio libro scripseramus, hîc breui iterum recensenda putauimus. Cedriam iam alibi ex qualibet resiniferarum materia (modò ea pinguis sit, si vlla est) promiscuè fieri posse ostendimus.

Quæuis Picea cedriam nõ ficit.

Quemadmodum enim non quæuis Picea Cedriam facit, ita neque quæuis Cedrus pinguis est.

Non omnis cedrus pinguis est.

Ex Larice porrò, modò materiâ pinguis sit, Cedriam facimus. Nec mirum cuiquam videri debet, si Cupressum Cedriam efficere posse dixero, atque etiam Betulam, ex quibus eam fieri posse asseuero.

Cedria ex Cupresso & Betula.

Nec est dissimulandum ex Iunipero Cedriam fieri posse, quam omnibus aliis posthabendam censeo: omnium nempe deterrima iudicatur. Vulgus oleum de Cade vocat. Cedriam parum à pice liquida abesse, postea indicabimus. Suâ vbique in Gallia Arabicam appellationem retinet. Vulgus nostrum Rotomagi, Lutetiæ, Lugduni, vbi copiosissima est aliunde aduecta, Kotranum appellat.

Ex Iunipero Cedriã fieri.

Plinius ex tæda fieri libro decimosexto, cap. vndecimo his verbis testatur. Pix liquida, inquit, in Europa è Tæda coquitur, naualibus muniendis, multósque ad alios vsus. Lignum eius concisum, furnis vndique igni extrà circumdato, feruet: primus sudor aquæ modo fluit canali: Hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis inest, vt in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur. Sequens liquor iam crassior picem fundit. Hæc rursus in cortinas æreas iecta, igni spissatur: (contextus Plinij aceto habet, sed ego igni lego) & coagulata Brutiæ cognomen accepit, doliis dũtaxat vasisq; cæteris vtilis, lentore ab alia pice differẽs: itẽ colore rutilante, & quòd pinguior est. Hæc ille.

Oleũ de Cade.

Cedria fit è Tæda.

Pix vnde fiat.

Dioscorides cùm Cedriam exponit, Cedrus, inquit, arbor magna est, ex qua picem colligunt, quæ Cedria vocatur. Mox: Cedria, inquit, optima est, crassa, pellucida, grauis odoris: quæ dum effunditur, guttatim non dissipata coit. Cui ea vis inest, vt defuncta corpora conseruet, & viuentia corrumpat. Qua ex causa mortuorum vitam aliqui appellauere. Hæc Dioscorides. Quòd si aliquis ante eum Cedriã, mortuorũ vitã appellauit, oportuit certè corpora quæ ea condiebãtur à Græcis cognitâ fuisse. quæ nunc errore nefando vulgus Mumiam apellat. Addit porrò & vestimenta & pelles eximia calefaciendi & siccandi dote, ab illa corrumpi. Quare autem pelles dicat, interpretor, quòd in pecudum pellibus asportari olim, vt nũc

Cedriæ vires.

etiam in Oriente in vtribus fit, ſoleret. Scribit præterea Dioſcorides, magnum eſſe illius ad lucernas vſum, quem locum Marcellus aliter quàm Ruellius vertit. Plinius verò ſequutus Dioſcoridis ſenſum. Cædrus magna, inquit, quã »
Cedrelaten vocant, dat picem quæ Cedria vocatur, dentium doloribus vtiliſſi- »
mam: frangit enim eos, & extrahit, dolores ſedat. Cedri ſuccus quomodo fie- »
ret iam diximus, Magni ad lumina vſus, ni capitis dolorem inferret. Defun- »
cta corpora incorrupta æuis ſeruat, viuentia corrumpit: mira differentia, cùm »
vitam auferat ſpirantibus, defunctis pro vita ſit. Cẽſet Plin. nos tutò Cedria in lucernis vti poſſe, ni fumus capitis dolorẽ inferret. Hinc meritò quis dicat Cedriam medicamentum eſſe liquidum, cùm idem author iam ante picem liquidam vocauerit. Cedriam Auicenna Serbin ſua lingua vocat, Serapio Kitram. Non eſt aſpernanda arabum ſententia in hac noſtra tractatione, quandoquidem Turcæ, à quibus Cedriam petimus, in exprimendis omnibus medicamentis, Arabicis nominibus vtuntur. Cuius rei periculum feci. Siquidem Troadẽ viſens, quo Troiæ illius antiquæ ruinas conſpicerem, ad Seſti & Abidi arces ad Boſphori fauces appulſus, intellexi naues Propontide egreſſuras in Helleſpontum venire cogi, atque illic tres dies continuos anchoras iacere ante portum in ſtatione ad arcem, vt Turcæ patrio more diligenter per hos dies, quid in naue vehatur, quærant. Eſt enim conſuetudo, vt antequam externi homines in Mediterraneum delabantur, nauem illi luſtrent, quærentes an aliquis ex fugitiuis ergaſtulorum ſuorum ſuppreſſus ſit. Mitius tamen cum Turcis agunt: nam ſi proſpera nauigatio ſit, ſtatim ſoluuntur. Quòd ſi fortè in ea diſquiſitione Turcæ quempiam ex ſeruis fugitiuum in naue deliteſcentem deprehenderint, nauclerus & mercator magna pecunia mulctantur. Negotiatores autem, ac cæteri vectores, interim dum naues anchora tenet, & Cedriam & Picem à Turcis emunt, quam vulgus Turcarum, vt Gallorũ quoque, Katranum vocat. Proinde Turcæ tantam etiam nunc Cedriæ quantitatem in Aſia parant, vt inde ad varios humani generis vſus per totum orbẽ immenſum librarum numerum tranſmittant. Turcis ſolenne eſt, cùm pecudes deglubunt, ex pellibus omnibus vtres facere, quibus quicquid liquidum eſt impoſitum apud eos venire ſolet. Ideo apud Seſtum in cellis videas pecudum vtres Cedria plenos, quorum ſinguli pluris non væneunt, quàm Ducato. Ea eſt Cedria illa ex qua Aegyptij olim ſua funera ad æternitatem perennia aſſeruabant. Dioſcorides, Galenus, Paulus, & Aëtius multis verbis de Cedria memi »
nerunt, quorum authoritate noſtram vulgarem Mumiam veteribus non fuiſſe ignotam iam probaui. Galenus variè Cedriam nominat, modò reſinam, mo-

Cedria accenſa in Lucernis capitis dolorem infert.

Serbin. Kitran.

Turcæ nãues egreſſuras luſtrant.

Cedria vbi ematur.

Cedriam Galenus variè nominat.

dò lachrymam, modò picem, modò Cedriam. Nam illam quæ ex Cedro arbore manat, Resinam appellat, seu crudam lachrymam, ad discrimen eius quæ coquitur. Quæ autem à Cedro proficiscuntur: aut sponte effluunt, vt resina & lachryma: aut arte parantur, vt Cedria. Sed hæc, vt iam dixi, vi ignis elicitur, quæ reuera à Turcis, melius quàm à Cretensibus perficitur. Siquidem Cretenses ad Dictæum montem, liquorem humidum, quem è Tæda coquunt, multò duriorem eliciunt, quàm qui ad Idam Troadis hanc præparant. Illi etenim tædas in assulis sub dio asseruant, & in sole insitam humiditatem per totam æstatem exuere sinunt. Hi verò recentem Piceæ præpinguem caudicem in assulas scindunt, quibus furnum concameratum grandem admodum complent, occludentes vndique, meatum tantùm in summo relinquentes, non ampliorem quàm vt hominis caput possit intromitti. Ligna supernè accenduntur, atque ita paulatim aduruntur. Interea liquor per meatum, qui sub furno est subterraneo, in suam foueam delabitur. Is autem initio liquidus fœtidúsque est, qui è scrobe in ouium pellibus concha excipitur, aut cucurbitis aliisue lagenis. Quod ex eo magis coctum est, retorridum fit pixque euadit. Sunt qui ex Cedria picē hoc modo faciant: quicquid in scrobrem defluxit, incendunt, & ligneis longuriis miscent. Cúmque satis coctum esse sentiunt, solertia quadam illum totum ignem à pice extinguunt, atque in scrobes forma quadrata suffossas, quo melius & facilius transferri, possint elutriant, & refrigerare sinunt. Sed inter coquendum Cedriam, vt pix fiat, rustici plerunque carnium frusta in eam iniicientes, tantisper ibi feruere sinunt, donec excocta sint, quibus illi postea vescantur. Verùm quoniam è Cedro permulta fiunt, quæ vulgaribus etiam nominibus variè nuncupatur, melius vt ea intelligantur, paucis id perstringendum putauimus. Est medicamentum, quod Græcis Cedrelæon à Cedridibus nomen habuit, cuius Plinius lib. 15. cap. 7. meminit. Ex Citro, inquit, & Cupresso oleū fit, nucibus iuglandibus, quod Carynum vocant: malis Cedri, quod Cedrelæon. Hæc ille. Est autem differentia inter oleum Cedrinum duobus nominibus dictum, & Cedrelæon vno nomine appellatum. Pisselæon à Cedria separatum dum coquitur, vellericis supra halitum expansis. fit: hócque est Pisselæon, quod alioqui oleum Cedrinum à Cedrelæo differt. Vulgus Gallorum aliquid habet, quod Cedriæ aut pici liquidæ prorsus respondeat. Duobus autem nominibus id appellare consueuit, Quemadmodum autem variam sortitur nomenclaturam, sic ex variis materiebus fieri solet. Sunt enim artifices, sed alioqui rustici, qui ex quibusuis materiebus veluti Iuniperi, Fraxini, Sabinæ, Cedri, & eiusmodi lignis adhuc virentibus, liquorem pici liquidæ aut Cedriæ similem exudare.

Cretenses ad Dictæum montē Picē coquunt.

Incolæ ad Idā Troadis Picē et Cedriā excoquunt.

Quomodo Pix facienda.

Caro in Cedria incoqui potest.

Cedrelæō.

Oleum cedrinum.

Pisselæon.

cogant

cogãt. Indigenæ Auinionenſes, Prouinciales, & Linguoſcitones eo maximè oleo vtuntur, quod ex Phœnicia & Lycia Cedro fit, duobus nominibus Decade ſerbin uocantes. Id autem quo noſtri hîc in Gallia Celtica vtuntur, quod Tacum uocant, veriusè lignis Iuniperorum perfici uidetur, ídque à morbo ouium cui mederi ſolet, nomen habet. Eſt autem contagioſa quædam lues, quæ populatim ſæuit, & interficit oues: in quo medendo ruſtici, cùm nobis doctiores ſint, eo opus habentes, pharmacopolas adeunt, à quibus & Tacum poſtulant, quemadmodum in inferiori Gallia du Cade Serbin nomine quidẽ vulgari, ſed quod Iudæi populum ſic docuerunt. Cùm verò Cedria liquidam picem referat, Supereſt vt de ea etiam quod reliquum eſt adiiciatur.

Tacũ lues eſt pecori noxia.

De Bitumine ſeu Aſphalto, tum liquido, tum duro.

Caput II.

Nominum affinitas plærunque homines incautos decipere ſolet: vt in Aſpalati & Aſphalti dictionibus accidit. Eſt autem Aſpalatus lignum: hîc autem de Aſphalto agimus, quod Bitumen eſt, nos de hac re infrà dicemus. Quoniam verò & bitumen funeribus mortuorum adhiberi ſolitum diximus, illius genera in præſentia recenſere viſum eſt. Eius autem vnum liquidum eſt, Alterum verò durum, Piſſaſphaltum nunc cum bitumine ita confunditur, vt Diſſaſphaltum: pro Bitumine vendi ſoleat Aſphaltum, ſiue Bitumen, terſiſſimum habet colorem, nigerrimum, & vt purpura ſplendentem, quod digitis attritum facilè comminuitur, & grauis odoris deprehenditur, & facilè flagrat. Iſtæ ſunt veri bituminis notæ. Bitumen mari mortuo in Iudæa ſupernatare cõperitur. Piſſaſphaltum verò veluti terræ carbo effoditur. Vt autem Aſphaltum in mari mortuo viderem, Ieroſolymis ſoluens eò contendi, ſed tunc nihil bituminis inerat. Ieroſolymis tamen apud negotiatores bitumẽ nuper ex mari allatũ vidi, ei prorſus ſimile, quod vbique Pharmacopolæ venale habent. Ideo nos Aſphalto non carere, vt quidam putant, aſſerere auſim. Non aliunde Aſphaltum peti, quàm ex lacu Sodomæorum plerique exiſtimarunt, Diodorum ſecuti qui de Iudæis loquens ſcribit. Eſt in regione Abatæorum ſtagnum ingens, quod longitudine quinquaginta, latitudine ſexaginta ferme ſtadia cõplectitur, Aſphaltum producens, ex quo non paruum vectigal percipitur. Eius aqua odoris eſt peſſimi atque amari: quo fit, vt neque piſces producat, neque

Aſpalatus.

Bitumen durum.

Bitumen liquidum.

Piſſalphaltum cum bitumine confundi ſolet.

Bituminis notæ.

Piſſaſphaltum quid.

Aſpalto nos carere.

„ aliquod aquatile animal. Et cùm plures dulcis aquæ fluuij in illud decurrant,
„ nequaquam tamen aquæ natura mutatur. Asphaltum stagni medietas pluri-
„ mum annuatim gignit: quandoque ad tria iugera, quandoque ad duo. Vnde
„ & circunstantes Barbari maiorem partem taurum, minorem vitulum appel-
„ lant. Plenus Asphalto lacus, procul aspicientibus insula apparet. Quum
„ asphaltum lacus est egesturus, palàm ante vigesimum & secundum diem
„ Apparent signa. Etenim circa stagnum stadiis pluribus fœtor à vento excita
„ tus, proprium argento auróque & æri colorem aufert: vento iterum reflante
„ restituitur. Propinqua loca ex calore fœtoréque lacus corrupta, & morbos af-
„ ferunt incolis, & breuioris vitæ reddunt. Hactenus ille: Asphalti autem no-

Iudaicum bitumen. Plures Asphalti natales.

ta non vna & simplex est. Iudaicum cæteris anteponitur: Nigrum autem & sordidum vitiosum censetur. Plures bitumen habet natales. Etenim Dioscorides in Phœnice, Babylone, Zacynto, & Sydone gigni tradit, cuius non solùm medici meminere, sed Historici quoque Græci & Latini, inter quos Diodorus & Herodotus. Herodotus enim in constructione Babylonis ita scribit:

„ Postea cœno vtentes, Asphalto feruenti per triceſimũ quemque laterum or-
„ dinem summitates arundinum instipatas conglutinabant. Alia vrbs nomine

Babilon & Is.

„ Is, abest à Babylone octo dierum itinere, vbi fluuius est haud magnus eiusdẽ
„ nominis, qui se deuoluit in flumen Euphratem. Hic itaque fluuius Is vnà
„ cum aqua permultos reddit Asphalti bituminis grumos: Asphaltus ad murũ
„ Babylonis comportabatur. Hunc autẽ in modum Babylon extructa est. Ha-
„ ctenus Herodotus. Bitumen liquidum, præter id quod ab ipso Dioscoride de-
scriptum est, inuenitur in Agragantino Siciliæ, fontibus innatans: quo vtuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Hallucinantur, (inquit Dioscorides) qui id Sicilicum oleum nominant: nanque liquidi bituminis genus esse constat. Porrò multum differunt in terra contenta diuersis locis bituminis genera: quo fit, vt ipsa etiam vbicunque generentur, magnam habeant differẽtiam. Siqui-

Liquidũ Bitumen in regno Neapolitano.

dem in regno Neapolitano liquidi bituminis vna est eius origo 200. à Roma milliaribus, in vrbe nomine Toutre. Ibidem quoque Sal fossilis ex monte excauatur. Bitumen porrò liquidum vnà cum aqua salsa effluit. Quod si iter velis assequi, nostrum tibi ab Ancona docebimus. Loretam appelles, alias ibis Notiam, ex Notia ad Aquilam vrbem, ex aquila Chiedam, ex Chieda Lanczanum, ex Lanczano ad eum locum vltimo nomine Toutre. Quo loco videbis bitumen liquidum Cedriæ simile, nigrum. Generatur in terra à seipso paulò durius quàm nigra Naphta, & crassiori compage corporis. Est autem velut pinguedo terræ & adeps, aliquãtulum Naphtæ odorem habens.

Cordus Eurici filius in Gottia, & in Saxonia iuxta Borchdorfen oppidum reperiri copiosè scribit: quo ad currus inungendos, iumentorum scabiem, & lucernarum lumina eius loci incolæ vtuntur. Bitumen quod effluit ex fontibus, interdum ita crassum est, vt limus videri possit: quod tamen dum adhuc in aquis innatat, molle est: Vbi verò exemptum fuerit, paulò pòst fit pice durius sicca. Quin & prorsus liquidum, si diu in vase contineatur & seruetur, conspissari solet. In stagno Samosatæ vrbis Comagenes, defluere è Carpato monte ad Euphratem traditur. Liquidum autem haustum aut collectum coquitur in cacabis æneis, aut ferreis, vt inspissetur. Quod cùm fit, accèdi solet, sed restinguitur lineo panno, qui ex aqua madidus in ipsum inicitur. Sic liquidum Germani, qui habitant in Dacia, & Saxones concoquunt. Nec dubito quin Deximontani, qui (vt Plinius scribit) accolunt dextram Granij fluuij per Susianem fluentis, eodem modo perficiant bitumen. Theopompus id bitumen quod Nymphæi crater egerit, tèperari fonte illo ingustabili tradidit, aliàs omnibus cæteris dilutius esse. Auicennæ interpres, dum Theriacam describit, quo loco authores Græci Aspalatium, ille Mumiã habet. Sed nos de Aspalato alibi in arboribus dicemus. Probatio autem Asphalti eius quod ad nos aduehitur, ne quem lateat, esse verum Asphaltum, cùm ex his notis quas Dioscorides habet dignosci potest, tum maximè ex odore Trifolij Omeryanthis, quod Asphaltum ab odore Asphalti quem refert, nominatur. Est enim idem odor eius herbæ & nostri Asphalti. Est bitumini similis nigra quædam Maslichæ, quæ in ponto gignitur, quam Plinius pici à diligẽtioribus admisceri scribit. Bitumẽ autem liquidum à Naphta plurimùm differt, vt Dioscorides probat. Differt autem bitumen aridum à bitumine sicco: nam genus est bituminis liquidi, aliunde petitum quàm ex Iudæa, quod multi Sicilicum oleum nominauerant. Sed Dioscorides eos increpat. Naphta, nec veterascens, nec igni induratur, sed liquida semper permanet. Liquidum autem bitumen effluit in Babylone, etiam si Posidonius censet esse sulphur liquidum. Effluit enim in Babylone, non longè à Demetriade, in Austragenis Parthiæ in Mesopotamia. Semiramis etiam eo calcis vice vsa, Babylonem lateritio muro sepsit, ferreis quoque & æreis operibus illinitur, firmátque ea contra ferruginem & ærugi-nem. Saxones ex eo postes ligneos tingunt, vt ab imbrium iniuria defendant. iisdem de causis statuas illini quondam solitum fuit. Illitum pecoribus & iumentis eorum scabiem sanat. Sunt quidam qui ob coloris similitudinem quam habet cum pice liquida, eo nomine appellarint.

Quo Saxones bitumen concoquant.

Aspalatus.

Trifolium asphaltites

Liquidum bitumen.

De Pissasphalto. Caput III.

Pissasphaltum.

ANtiqui authores tum Dioscorides Pissasphalto nullã in Medicina vim tribuerũt, illius tamen Arabes maximas vires agnouisse videntur, Mumiam appellantes. Mumiam à nobis vocatam, & Mumiam ab Arabibus scriptam distinguo, quæ eadem quòd Pissasphaltũ est. Vulgo verò Mumiã nominantes, seruatũ corpus intelligimus. Certissimum est Arabes cùm Mumiam describũt, nunquam seruatum corpus intellexisse. Peculiares sunt Venetiis officinæ, quarum operarij

Mumia.

Pegolotti qui vocentur.

ab indigenis Pegolotti vocantur, in quibus nihil aliud ab illis qui eis præsunt procuratur, quàm vt Cedriam, picem liquidam, & Pissasphaltum vẽdant, & stupas in funes ad nauigia intorqueant. Vulgò autem Pissasphaltum Pegola

Pegola secca.

secca vocant, quasi picem siccam dicerent. cuius vsus nondum ad nostrum vsque Oceanum, penetrauit, licet totum mediteraneum litus ad nauigia, vbi potissimum alterius picis est penuria, Pissasphalto vtatur. Nam qui in Creta circa Chisamum agunt, quique in Propontide & Hellesponto habitant, picem habent copiosam, ideo rarò Pissasphalto vtuntur. Pissasphaltum rem sui generis esse statim probaturus sum, quandoquidem Dioscorides ex Cerauniis mõtibus impetu fluminis rapi, & in mare expui scribit. Sed Mumia vocata, siue seruatum funus, ex cadaueribus arte condiri solet. Ideo cum Pissasphaltum à seruato corpore longè diuersum sit, eius vires ad propriũ caput sunt referendæ,

Pissasphaltũ rem esse fossilem

neque illud eodem capite cum Pissasphalto confundendum. Pissasphaltum fossile quiddam est, nullius penè ad medicinã virtutis. Ad nauigia tamen illinenda maximi prouentus. Quod primùm Epidauri agens animaduerti. Duorum ab Epidauro dierum nauigatione inter Aslon & Epidaurum quæ nunc Ragousa vocatur, locus est Epiro finitimus in Illyria, vnde naues cuiuscunque generis sint Pissasphaltum petunt: quod tandem per vniuersum littus dispergunt, nunc Venetias, nunc Anconam mittentes, quo quidem eo modo quo pòst dicam præparatò nauigia illinantur. Pissasphaltum retorrido constat habitu, & graui concretu. Gagaten lapidem æmularetur, nisi obscuriore & pallidiore esset colore. Gagates porrò splendet vt bitumen, sed hoc differunt, quòd bitumen molle, sit Gagates verò durior. Pissasphaltum vilissimo precio venditur, vt in naualibus officinis passim Venetiis in glebas maximas coactum videre licet. Eliquari quidem potest, haud secus ac pix, si cum alio quouis oleoso medicamento misceatur, vt adipe, oleo, vel eiusmodi alio: nam eo vsque siccum est & retorridum, vt per se nunquam lentitiam sequacem consequatur. Ideo

Cedriam cum eo miſcentes, quam ex Aſia in Europam deportarunt liquidã, & intra vtres aſſeruatam, ſimul cũ Piſſaſphalto feruefactam miſcentes mixturã ex his conficiũt valde quæſtuariam & vtilem, quæ picis vicem penſat, & quæ cũ pice de tenaci lentitia certare & tandẽ vincere poſſit. Quòd ſi tu attentius Piſſaſphaltũ cognoſcere voles, pete à negotiatoribus, aut Pharmacopolis, vt tibi Aſphaltum oſtendant: ipſi nanq; plerunq; Piſſaſphalto pro Aſphalto abutuntur, & vtrumque ſub nomine Aſphalti aſſeruant, ambo idem eſſe putantes. Sed illorum diuerſum longè eſſe ſolet prætium. Quod ſi ſaturato colore nigricet, & præmulta terſitudine ſplendeat, & digitis friatum facilè in pulueremvertatur, grauis odoris & lumini appoſitum facilè flagret, reuera te Aſphaltum vidiſſe dicito. Contrà Piſſaſphaltum ſuapte natura ex cineritio in nigrum languet, nigro quidem, ſed non hilari præditum colore, quod confractum in grumos diſſilit & cum digitis atteritur, ſcabritia horret: naribus autem admotũ, valenter nares nõ petit. Iſtis notis Piſſaſphaltum ab Aſphalto ſeligere poteris.

Quæſtuaria cõpoſitio ad naues illinendas.

Quòd Piſſaſphaltum cõpoſitio non ſit ex aliqua re mixta, ſed ex ſe naturale quid ita enatum. Caput IIII.

Nonnulli hallucinantur credẽtes Piſſaſphaltum arte ex pice & Aſphalto parari. Sed res longè aliter ſe habet: eſt enim à natura ita factum. Quod quidem ita eſſe probari ex Dioſcoride poteſt: cuius verba conueniũt cum Plinij ſententia, dum Piſſaſphaltum naſci in Apolloniatarum agro circa Epidaurũ vrbem ſcribit, quæ nunc Ragouſa dicitur. Ceraunĳs (inquit) montibus deuolutum, impetu fluminis rapitur, æſtúque in litus expuitur. Illic coactũ in glebas mixtam bitumini picem redolet. Hactenus Apolloniatarum agrum nonnulli inter Thraces & Macedonas exponunt. Ceraunios autem montes, Plinius circa Mæotim expoſuit. Sed in deſcriptione Albaniæ, Vltra (inquit) ſunt Colchicæ ſolitudines: quarum à latere ad Ceraunios verſo, Armenochalybas habitant, Montes argentei vulgo dicti, qui circa Apolloniam ſunt, creduntur Rhodopes, ex quorum radicibus Piſſaſphaltum eruitur. Alibi verò Ceraunios Tauri montis portiunculam dicit eſſe, vbi dehiſcit, ſeſéque populis Græciæ aperit. Piſſaſphaltum vt alienum à conditaneo cadauere interpretor, quod nullo modo ad

Piſſaſphaltũ non eſſe aliquid cõpoſitũ.

Apolloniatarum ager.

Ceraunĳ montes.

conditaneum cadauer referri potest. Galenus, Paulus, Aëtius, Pissasphalti ne mentionem quidem vllam fecerunt, vt rei ad medicamenta inutilis, sed vt Spurium ad naues reiecerunt. Theopompus de Pissasphalto loquens, eadem penè cum Dioscoride habet. Scribit enim in Apolloniatarum agro picem fossilem non deteriorem Macedonica pice inueniri. Sit autem Pissasphaltum fossile, vt Theopompo, aut natiuũ, vt Dioscorid. Plini. & aliis vsum est: nos certè alienum à Mumia, seu à condito cadauere satis indicasse existimamus. Id autẽ nihil aliud est, vt iam diximus, quàm pix fossilis retorrida, quæ nullũ aut saltem exiguũ habet in Medicina vsum, sed naualibus tantùm illinendis, atque id si Cedria incoquatur.

De Naphta rufa, siue bituminis colamine rufo. Caput V.

Bituminis Colamen.

Naphta Bitumini congener.

POstquam autem satis iam de bitumine, siue Asphaltho Pissasphaltóque disseruimus, reliquum est, vt de bituminis quoque colamine differamus: nam cùm ea potissimùm scribere instituimus, quæ ad seruatum corpus spectant, meritò mihi Naphtam, tanquam rem bitumini congenerem describere visum est. Naphta Turcis & Arabibus in hodiernum vsque diem Neph appellatur: nostris, prisca illa sua appellatione omissa, Petroleum. Quemadmodum autem ego natales eius diligentissimè inspexi, idque non sine maximo labore, Certè non me pinguit singula referre, quæ ad eius historiam pertinere visa sunt. Naphtam nusquam in Italia prouenire à quibusdam falsò creditum est, quòd de ea Arabes & Græci nunquam meminisse videtur, vires autẽ tãtùm Babylonicæ tribuisse. Naphtam circa Babyloniam reperiri, creditu facile est, cum inde Asphaltum etiam

Naphta Italica.

& Pissasphaltum petantur. Naphta, quæ in Italia scaturit, ardet quidem si igni admoueatur: in suo tamen fonte non flagrat, quod Babylonia facit, vt ex

Naphta in Ecbatanis.

Plutarcho in vita Alexandri magni, perspicuum est. Scribit enim peragrata victáque omni Babylone, quæ & imperio eius subitò cesserat, nihil æquè eum regem admiratum fuisse, quàm in Ecbatanis ignis veluti ex fonte continuè emergentis hiatum, & Naphtæ ex eo fluxum, cuius non procul ab hiatu illo tanta eructatur copia, vt paludem faciat, cuius adeò ad trahendos ad se ignes facilis natura sit. Serapio capite de Asphalto multa quidem de Naphta scribit, quæ hîc longum recensere foret. Quod autem ad totam eius historiam attinet quam in Italia scaturientẽ vidimus, breuibus recensendum operæprecium putaui. Rectè quidẽ Naphtam bituminis colamen Dioscorides vocauit. Si-

quidem nihil vnquam repertum est, quod Bitumen melius suo odore referat. Ipse etiam locus in quem Naphta emergit, Bitumen mirum in modum redolet. Naphtarum tria in Italia sunt præcipua genera, candidum scilicet, nigrũ, & rufum, diuersis tamen locis scaturientia. Est fons sub monte Celize, ex quo Rufum legunt. Alius fons apud Pagum nomine Meiano scaturit, vnde albũ. Est & fons tertius, ex quo nigrum vilius in vico Allensi emergit. Quos locos seorsum ita scribere decreuimus, vt si quis alius naturæ & historiæ studiosus eius ortum videre cupiat, scire saltem hoc possit, quò sit ei eundum. Tria inter se olea ita indigenæ miscẽt, vt simplex ad nos adferri nõ sit solitum. Naphticum autem oleum, quod circa montem Zibitum prorumpit, 13. à Mutina milliaribus siue Modena distat, carioríque precio emitur, quàm illud quod ex Salsa petitur. Etenim oleum quod Salsæ legitur (vt dixi) nigrum est, & turbidum, vilioríque precij. Ex quo fit vt vtrunque simul cõmisceant, nobis imposturam facientes. Neutrum autem simplex per se ad nos adfertur, sed tria illa nigrum, album & rufum mixta. Indigenarum autem dolus non est, sed negotiatorum, qui quum tria genera ex diuersis emerint, tandem commiscent, & sic mixta ad exteros transmittunt. Naphta rufa quæ ex monte Zibito petitur, principem inter cæteras locum obtinet. Eáque vt cæteras præcio vincit, sic quoque viribus aliis longè superior reperitur. Tractus istius siue terræ natura ea est, vt tenacissimo hæsu iter facientium pedibus inhæreat, siquidem maduerit. Glarea terra est, colore subalbido ad lateres faciendos idonea, nam ex ea omne tornatilium vasorum genus peragi potest. Constat mihi oleum hoc rufum ex antro peti. Quo ante primum tempore repertum sit, nihil certi statuitur. Aliqui huius olei initium abhinc 150. annis ex cuniculo quodam primùm excauato fabulantur. Porcum indigenæ initio inuenisse putant, rationem quam mox dicam assignantes. Cùm porcus sæpius volutabro cui oleum innatabat, sese immersisset, huiúsque olei fœtorem siue odorem secum domum reportasset, domestici quid esset quod tam grauiter oleret, quærentes, tandem à porco hoc esse agnoscunt. Quapropter volutabrum visunt, & oleum innatare animaduertentes diligenter legunt: primúmque ignibus dicauerunt, in elichnio nocturnis vigiliis vtentes, tandem propter odoris fragrantiam ad exteros mittẽdum censuerũt, ob naturæ miraculum (quòd ignium rapax sit) pretiũ eius multo maius futurũ arbitrati. Duæ aut tres olei huius rufi sunt in valle sub arce mõtis Zibiti scaturigines, quæ ab illo pago qui Saxolo nũcupatur, sex milliaribus distant. Hoc oleũ visurus, ex Modena soluens, pergis ad pagũ qui vulgò Saxolo vel Sasolo vocatur, deinde montẽ conscẽdis. Est in mõtis Celizi

Bitumen odore Naphtam referre.

Naphta triplicé habet differẽtiam.

Naphta quæ ex Salsa petitur.

Naphta nigra.

Naphta in officinis simplex vẽdi nõsolet.

Naphtæ electio.

Naphtæ rufæ ſcaturigo.

cacumine arx alioqui infirma. Deſcẽditur deinde medium miliare verſus radices montis, vt antrum de quo loquor viſatur. Riuulus iuxta antrum ex colle per conuallem in planiciem profluit. Non vnus ſibi huius olei proprietatem ac dominium vendicat, neque indigenis in eo quis ſibi plus alio arrogat. Initio controuerſia de Scaturigine hac inter indigenas eſt oborta. Mutinenſes ſiquidem aduerſus incolas qui vicina circùm loca, poſſidebant & qui aduerſam montis partem verſus occidentem nomine Reuina habitabant, rem controuerſam ad iudices retulerunt. Tandem ruſticulus omnium pauperimus, ad quem fundus ex quo oleum manabat iure ſpectabat, cum non poſſet tantorum obtundere vires, cum ſociis & vicinis qui tunc triginta tantum erant, ius ſuum communicauit, illiq; ob hanc cauſam tandem cuicerunt. Oleum primùm ex terra vna cum aqua emanabat, ex quo indigenæ nihil aut certè parum ſine magno negocio coaceruare poterant. Proinde tam diu ſolum excauarunt, quoad ſub terra ad duas Orgyias vſque penetrarent. Cum verò citra negotium oleum ab aqua ſecreuerunt, compererúntque ſcaturiginem in ſcrobem deſcendere quæ primùm ſurſum eructabat, amplius excauare deſierunt. Fontis autem huius naphtæ rufæ ſcaturigo ex terra multùm lapidoſa ſuam originem ducit, quæ in ſibi ſubiectam foueam excauatam in imo antri deſcendit. Duo nempe ſunt meatus ſibi coniuncti, ad quorum latera qui ad dextram eſt, aquam mittit paulatim manantem: alter qui ad Siniſtrum latus eſt, guttatim oleum diffúdit. Naphta vno quoque die inde decapulatur, aut ſaltem altero. Poſtquam autem oleum decapularunt, aquam inde hauriunt: quam ſi non inde auferrent, totum antrum impleret, atque ita clauſo foraminis meatu oleum non amplius deſtillaret. Antrum ſimplex eſt, multum debili porta clauſum longè ab huius loci incolis diſtans: ab arce enim deſcendunt diſtante medio milliari, vt oleum auferant. Eſt ruſticus cui totum negotium exequendũ commiſſum eſt, qui portæ clauem habet. Oleum hoc paulatim deſtillans, pondus tringinta vnciarum, quod Bocalis menſuram æquat non excedit in die, ſed non omni anni tempore idem contingit, Siquidem æſtate magis gaudet, quo quidem tempore vbi ſolis feruore mons incaluit, augetur deſtillatus, tuncque Seſquibocale manat. In hyeme verò medium bocale tantùm effundit, ex quo tempora computando æſtatis & hyemis, ſingulis diebus bocale vnum effundere reperitur. Scalis ſeu, gradibus deſcenditur in capacitatem antri. Camera eſt leuioris & vilioris ædificij, muris vndique vallata, ne montis ſine collis terra pinguis paulatim pluuia emollita delabens, & niues, foraminis antrum occludant. Aqua quæ cum oleo deſtillat, clara eſt & lympida, &

pyda,& aliquantulũ salsa. Cuius salsedo multo remissior esse cõperitur, quàm eius quæ in Laxissa Troadis thermis degustatur. Sunt & in his mõticulis aliæ olei huius scaturigines, quæ æstatis tempore modicum olei fundunt, Hyeme verò ne tantillum quidem. Oleum hoc nusquam per sese visum est emanasse, sed superficiei aquæ innata. Illud collecturi, aquam scopis quatiunt, oleúmque in quendam angulum cogunt, tuncque conchis vel cucurbitis excipiunt. Sunt ex indigenis qui obliquos puteos ad orgyias decem excauarũt, quibus ad tempus bene successit. Sed hoc facile illis erat, quòd nullum illi lapidem durum, sed tantùm toffum mollem adinuenie bant. quo fit vt miror cur oleum hoc vulgus petrolæum vocauerit. Crediderim tamen Italis à priore cuniculo lapideo deflexam esse Petrolei appellationem. In summa, nunquam oleum hoc, vbicunque proueniat, nisi cum aqua salsa manare asseuero. Supradictus cuniculus lapidosus in conualle montis decliui, maximè meridiem versus spectantis, inter duos monticulos situs est, vocatúrque mons Sancti Petri. Altera verò scaturigo ad Septentrionem spectat, vocatúrque Sancti Marini fons. Prior fons propter suam antiquitatem antiquus quoque vocatur: ad discrimen alterius, à quo naphta nigra eructatur, qui ob id niger appellatur. Solus est in conualle ad radices eius montis qui Reuina dicitur, nec plus olei exudat in die, quàm vncias sex, quod guttatim cum aqua ex ipso monte profluit, & magis Asphaltum olet, quàm rufũ, neq; vllo ostio incluſum est, si quis ex Bononia ad hos fontes contendat, eum oportet iter quod ad Confortim tendit petere, quod septem milliaribus à Bononia distat, ad Spilambertum septem milliaria, deinde ad Marauelle duodecim milliaria, pagus hic non distat ab eo fonte Vltra milliare. in totum triginta sunt milliaria. Sed cum in diuersis scaturiginibus. Tria hoc tempore Naphtæ reperiantur discrimina, album, nigrum, rufum, Antiqui rufum tantùm & nigrum agnouerunt. Rufum, quod ex antiquo fonte emanat. Iam suprà descripsi nunc de nigro loqui tempestiuum est. Dixi rufum & candidum simul ab impostoribus misceri, illúdque Modenæ quod principem obtinet locum ad montem Zibitum colligi: verumtamen accito nigro, de quo mox loquar, album & rufum à negotiatoribus adulterari solitum: est. Quo fit, vt nisi mixtum non adferatur. Naphta nigra in eo pago qui Latinè Halis dici posset, originem trahit. Vulgus Italiæ eum Salsa nominat, quòd Sal inibi coquatur. Illic terra vsque ad 120 orgyas effodiẽda est, priusquam ad salsæ aquæ scaturiginem perueniatur, Puteorum autem origo non Naphtæ solius gratia, sed etiam salis, ad tantam fuit profunditatem. Oleum istud vilioris est precij, quàm vt tanto sumptui per se satis esse possit. Sed quia, aqua ex puteis propter

Nusquam naphta sine aqua Scaturit.

Cur Petroleum vulgo naphta dicatur.

Aqua quæ cũ Naphta scaturit salsa est.

Antiquis rufum tantum & nigrũ Naphticum oleum agnitum.

Naphta nigra. Halis.

Aqua putei ex qua salem excoquunt.

salem conficiendum exhauritur, ideo multi sunt putei: tamen vnus præ aliis est, qui maiorem aquæ salsæ quantitatẽ quàm cæteri omnes dare soleat. Ideo multo minus nigræ Naphtæ ex eo, quàm ex aliis omnibus hauritur. Hyems tantam eius quantitatem quantam æstas elargitur, dum modò aqua in imo putei profunda sit. Nam cùm non amplius aquæ exhauritur (vt cùm ligna desunt, vel aliquando messis tempore, quando sal non excoquitur, accidit) aqua totam putei altitudinem superat, fontisque modo scaturit, & riuulum facit, túncque nihil olei educitur. Pagum istum salinarum Mediolanenses, e, literam pro, a, pronuntiantes, felix vocant, cum Salsa dici deberet: suam enim nomenclaturam ... detorsit. Mediolanenses enim in omnibus Italicis vocibus, a, in, e, commutant. Puteorum aqua in hoc pago, marina aqua multò salsior est: nam illa linguæ admota, & salsedinem valentiorem, & ori pruritum propter multam amaritudinem facit, quàm aqua maris. Ideo aquam in singulas ædes distribuentes salem magno quæstu excoquunt. Quòd si fortè aquam non exhauserint, delabetur in flumen vicinum, sed tunc nihil secum olei rapit, eam tamen hoc modo hauriunt. Grandis rota duobus viris intra ambulantibus voluitur, quæ situlam aqua plenam ex profundo in sublime attollit, atq; sursum vsque ad tabulatum adfert, vbi assidens artifex aquam ex situla in

Salis excoquendi modus.

dolium transfundit, quod cùm plenum fuerit, oleum supernatat: id concha decapulatur antequam per tubos & canales ad cortinas ferreas hinc inde in domibus stantes aquam transmittant. Cortinæ in quibus sal coquitur, altæ cubitum sunt septem orgiis longæ, quinque verò latæ rudibus ferreis à tabulato pẽdentes: nam ad ima columnis non sustinentur, vt ignis in salem melius pẽnetret. Quòd si cortinas non bene iunctas esse contingat, foramina obturant, remedium singulare ad vtrunque elementum ignem scilicet & aquam adhi-

Colla qua Cortinas Salinarum ferrimi. nant.

bentes. Oua quot opus habent sumunt, in quibus volatilem farinam, & fuliginẽ, id est puluerẽ efflatũ per caminũ subigunt, vel parietibus spodij modo hærentem sursum elatum à cortina, quæ simul subacta fuerint, stupas immergunt, quibus si qua in cortinis sint foramina, obturant. Aquæ huic tanta vis est, vt ouum in eam iniectum non sidat. Sal hic nunquam in panes cogi solet, vt in multis Germaniæ locis fieri animaduersum est. Maiorem autem acrimoniam salsi saporis habet, quàm marinus sal, propterea nulla exsiccatione alia egere cognoscitur, cùm alij sales multis locis diu ad calorem supra tabulatum exsiccari sinantur. Puteorum magnus in hoc pago est numerus, quorum

Modus decapulandi Naphtam.

ille qui Naphtæ vim magnam emittit, ad 200. orgyas altus esse dicitur. Non omnibus in oleo decapulando idem modus. Nonnulli vellera immergũt,

& oleo ſupernatante imbuunt, eáque poſtea comprimunt. Totum oleum pagi huius nigrum eſt. Puteos excauandi ratio non ineptè hîc adſcribi poteſt, vt melius natura quæ Naphtæ nigræ ineſt, dignoſcatur. Primùm terram altè ad 20. vſque Orgyias effodiunt: tandem poſtquam ad lapidem mollem quem vulgus Giaſtro vel Chiaſtro vocat, quem ego Glaream eſſe credebam, peruenerunt, tunc ſalſam aquam eructare comperiunt. Si Plinio credimus, hæc terra Glarea eſſe nõ poterit, quòd non ſalſam aquam ſubeſſe velit, ſed dulcem. Nam lib. 31. cap. 3. inquit: Aqua ſemper dulcis in argilloſa terra, frigidior in tofo. „ Glarea incertas promittit venas, ſed boni ſaporis. Nolim autem is eſſe, qui falſa rebus vocabula imponat. Quapropter nihil temerè affirmare auſim, ſitne Glarea, an non. Genus lapidis hoc mollioris ligonibus effodiunt: & quo profundius quærunt, eo magis lapideſcere comperiunt, quo tandem Naphta nigra manat. Omnes putei loci huius bitumen olent, ex quibus quãto magis exhauritur aquæ, tanto amplius olei excipitur. Ex grandi illo puteo antiquo vocato bocalia dico quotidie profluunt, nõnumquam plura, aliquando pauciora. Accidit autem aliquando, vt in æſtate bocalia octo lecta ſint. Certum tamen pondus non poteſt conſtitui: nam in callente & ſiccißima æſtate, fuſißimè oleum collachrymatur & exhauritur, Hyeme verò nihil aut certè parum emanat. Tanta ignium eſt cum iſto oleo ſocietas, vt nihil luminis imputeum ferri poſſit. Cuius rei exemplum adferre poſſum quod ante triginta annos indigenarum omnium pagi huius memoria cognitum eſt. Quidam pollicitus erat patrono ſuo referre, vnde olei illa ſcaturigo à meridiéne verſus Septentrionem an ab Oriente ad Occidentẽ emergeret. Lucernam ille in puteum deſcenſurus circumbene munit, ac ſecurè obturat. Sicque ſe à miniſtris in puteum per rotam quæ aquam ſurſum attollit, demitti iubet. Ante iſtum alter in profundum putei ſine igne deſcenderat, ſocium qui candelam erat allaturus expectans. At verò qui candelam & ignem ferens deſcendebat, cùm paùlò altius veniſſet, vis olei huius Naphtici ignem diſſilire coëgit. Flamma autem de repente per totum puteum accenſa, eum qui in ſitula demittebatur vi magna ſtrepitu terribili combuſſit, & tormenti bellici modo in aërem eiaculauit. Tantus autem fuit ſtrepitus, vt non aliter quàm è maximo bellico tormento glandem emiſſam quiuis facile exiſtimaret. Tantus quoque fuit fragor, vt ſupremum tabulatum quo puteus contegebatur in aërem ſuſtulerit: ex quo factum eſt, vt totius illius pagi homines contremefacti, excidium ſibi imminere, fatiq; extremum adeſſe diem crediderint. Tantus autem illos inceſſit pauor, vt omnibus rebus ſuis poſthabitis aufugerint. Qui autem in aquam primus deſcende-

Quantitas olei Naphtici quę ex puteo exhauritur.

Experimẽtum olei Naphtici ignis rapaciſsimi.

rat,penè combustus est,eæ potissimùm partes quas aquæ non immerserat,occisus tamen non est. Quatuor autem qui in tabulato erant socium demittentes, interfecti fuerunt. Illico verò interiit ille ignis,nec diutius durauit quã flammula quædam è stipulis accensa. Varia de flammis Naphtæ feruntur, & etiã apud Plinium leguntur cap. de Naphta, cum quibus & quæ Herodotus habet ferè conueniunt. In Cissiæ Stathino,inquit,puteus est, qui trifarias rerum

Scaturigo naphtici apud Persas.

„ species exhibet. Nam ex eo Asphaltum (id est bitumen) & salem, & oleum „ hauriunt,ad hunc modum. Hauritur quidem Celoneo,id est instrumento ciconia: pro situla autem dimidiato vtre ad ciconiam alligato: quo in puteum de„ cusso,quicquid hauritur, mox in cisternam diffunditur, atque id aliò effu„ sum,triplici varietate concrescit. In Asphaltum quidem & salem, protinus. „ Hoc autem oleum Persæ Rhadinacem appellant. Hactenus de nigro.

De Naphta alba. Caput VII.

Scaturigo Naphtici olei apud Meianam.

ESt Meianæ Naphtæ albæ scaturigo,cuius tres sunt ortus, qui paululum à domibus pagi absunt. hócque in Parmesano tractu: ex illis tamen tribus nõ amplius olei in dies legitur quàm lib. ½. vel §. 8. Effluit enim leui stillatu, cũ paulo maiori aquæ quantitate,parcius oleum fundens quàm quæ ad mõtem Celesi, vel ad Salsam manat. Ideo incolæ qui isti operi præsunt,diligenti inuestigatione rationem excogitarunt,qua aqua per canalem ad ima exitum haberet, quantum sufficeret ad id,vt oleum semper innataret, nec de oleo aliquid deperderetur, vt locus ille qui aquam recipit, plenus semper existeret, & singulari vel altero quoque die oleum legi posset. Idem est excipiendi ex Meiano olei modus, qui & Modenæ. Aquam scopis quatiunt, totúmque oleum in augulum

Naphta alba partiũ subtiliorũ quàm alia.

cogunt: quod vase quodam exceptum, recondant. Quemadmodum autem oleum istud cæteris album magis est, ita partium est subtiliorum, & re vera melius olere comperitur. Meianam à Parma 10. milliaribus distat, à Salcza decem, inter alios pagos interiectum, scilicet Alausano, & Costam Meianam. Paret ditioni dominorum comitum à Frolio rosso. Oleum ex Meiano album non excedit pretium eius quod è Modena petitur: sed viribus nequaquam cæteris posthabendum. Parca manu ex supercilio mõtis vnà cum aqua scaturit. Largius in æstate destillat, & sicco magis quàm pluuio tempore, & sereno, quàm nubilo. Quæ quidem iam de Modonensi quoque retuleramus. Vtriusque libra non excedit precium quinque solidorum Italicorum,

qui computati ad monetam Gallicam duos Caroleos efficiunt, id est viginti nummos turonicos. De tribus Naphtæ generibus, quæ in Italia reperiuntur, hæc dicta sunto: in quibus, si paulò attentius gustentur, olfactentur & vrentur, meritò quis discrimen, sed non ita tamen magnum inesse comperiet. Nigrum crassius est rufo: Rufum quoque paulo crassius albo, quanquam rufum alibi etiam nomine intelligatur: quæ ambo adeò sunt liquida, vt aquæ non valde sint absimilia. Si Naphtam paulò obscuriorem videris, nigram largius illi effusam esse scito. Nigra porrò huius est naturæ, vt vri in lucerna non possit, nisi bene Elichnium obturetur, aliàs oleum totum igni admotum incenderetur. Immo verò propter hanc difficultatem in lucernas admitti non solet. Nigri olei precium vile esse, dictū iam est ex eo quòd magnus eius prouentus sit, Alphalti odorem plus cæteris referens. Album seorsum ab Agyrtis asseruatur pro pictoribus. Cætera rufum & nigrum inter se commixti vendunt, ita vt nusquam purum ferè reperias. Fit maxima in oleo isto ab Agyrtis & circulatoribus impostura, quorum per Italiæ vrbes magnus est numerus, qui tandem in nostram vsque Galliam ita penetrarunt, vt Lugduni Lutetiæque iam multos in foro, plateis, & palatio oleum id cremantes videas. cultellum eo intingunt, igni admouentes, vt flammam concipiat, & sic ignitum candénsque oleum efficiunt: quod quanuis super pronam manum ab eis iniiciatur ex alto à cultello cadens, illæsa tamen manus permanet. Quam rem demirata vulgi turba velut nouū quodam portentum, quid res hæc sit, sedulò scisciatur. Tunc Argytæ ad nugas & impostūram facti, multa de suo oleo pollicentur, phialasque in id paruulas præsto habent oleo Naphtico plenas: quo, vbi circumstantibus eius virtutes prædicarint, multò facilius eos ad emendum illiciant. Cum iam de naphtis satis vulgo cognitis scripserim, Visum est & de Oleo Bulgarino aliquid adducere: quam cum Byzantij essem, cognoui. Oleum est nigrum, liquidum, & fœtidū: quod eodē modo que Naphta cōburitur: hincque ego primùm facilè adducebar, vt crederē Naphtā esse: sed statim certa ratione sententiam mutaui. Naphtā enim vænalē hinc oleo dissimilē cōperi. Hoc autē supra modū fumū olet teterrimū, ad Aspbaltū accedens. Vnde suspicatus sum ex Innipero esse. Ex Iudæis nonnulli id ex monte manare contendebāt, eique maiorē vim quam Naphtæ dicebant. Sed quū ego eā minus ignium rapacē cognoui, tum amplius Naphtā esse credere destiti. Maximum est prodigiū atque extra naturam habendum, portentoque simile, admirationéque dignum, quòd ea quæ naturæ solius sunt, similia quedem se homines perfecturos credant; ita vt quemlibet expertissimum rerum exploratorē fallant, vt in hoc Naphtico olei

Agyrtarū impstura.

Naphta Bulgarina oleum. Bulgarum.

Impostura in oleo Naphtico.

videre licet. Siquidem hoc aqua corrupta fœtidißimáque ita adulterant, vt incautos sæpè fallat. Quam rem nunquam veram credidissem, nisi id re ipsa ita esse deprehendissem. Quandoquidem verò tota penè Gallia hac ferè sic adulterata vtitur: idcirco notas vtriusque adferre volui, vt adulterina à vera facilè discernatur. Vera Naphta igni admota illico flammam concipit, quod adulterata non facit. Nam si de hoc oleo mentito paulum supra cultellum imponas, & igni applices, ignem refugere videbis, neque illud flammam ad sese allicere, cuius oleum genuinum natura est auidißimum. Quod si id fortè igne conceperit, fumum nigerrimum eiaculari, & Terebinthinam olere cõperies.

Medeæ oleũ idem est quod Naphta.

Naphtico oleo Medea Creontis filiam pellicem cremauit, postquam sacrificatura (vt scribit Plinius) ad aras accesserat, corona igne rapta. Vnde Naphtam Medeæ oleum Græci appellant, Alexandrum Strabo scribit experimenti gratia in balneis puero Naphtam affudisse, & lucernã admouisse, eáque de causa puerum adeò flagrasse, vt planè interiisset, nisi ministri multam aquam infundentes incendium vicissent, atque ita puerum seruassent. Hoc eodem oleo Persas illinere tela, ipsísque incensis & Latius emissis hostium tecta cremare

Fontes Bituminosi.

auctor est Ammianus. Fontes bituminosi, & quidem multis in locis orbis terrarum memorabiles reperiuntur vt in Germania ad Brunonis vicum nobile oppidum Saxoniæ, & ad Cœnobium Sueuiæ cui Dedere nomen est: In Iurassi montis valle, quæ ex lepore nomen inuênit Gerse fori: In Asia magna quoque aquarum calidarum copia iuxta Tralleis ad fluuium Charocometem, iuxta Nissam oppidum: quæ omnes ita sunt pingues, vt qui in eis lauantur, non oleo indigeant. Similiter pingues sunt calidæ iuxta Dascyli pagum. Est præterea fons bituminosus in Cilicia iuxta Solos, qui adeò pingue reddit flu-

Flumen liparis.

men Liparim, vt in eo natantium aut lauantium corpora oleo permista videantur, & inde nomem inuenerit. In Bactriana insuper regione ad Oxim fluuiũ. in Media Ecbatanis: in India, in Troglodytica regione ad Caramb im: in Aethiopia, in Africa ad Chartaginem. Bitumen durum dicitur lapis Obsidianus, quòd in Aethiopia inuentum sit ab Obsidio, ex quo fiunt gemmæ quæ etiam Obsidionæ nominantur. Plinius oleum Naphticum arundinum paniculis colligi, quod citißimè adhæresc it, dixit: Georgius Agricola Germanos alis anserum, aut linteolis rallis si paucum sit, colligere, si autem copiosum, vasis haurire scribit. Ignium vis adeò magna ei inest, vt corpus aliquod eo perunctum, si ad ignem admoueris, exuratur, nec aqua restinguatur, nisi admodum multa: Veruntamen, luto, terra, puluere atque omnino quibusuis aridis suffocatur. Quoniam verò facilè ignem concipit, eo vti ad lucernarum lumina

olei vice vetus est, & multis in locis vsitatum, sicut in Sicilia in Agrigentino agro, Vnde oleum Siculum à quibusdam dictum. Saxonum rustica plebs non tantùm ad lucernarum lumina hodie eo vtitur, sed inde nuptiales faces, aridi verbasci caulibus in ipsum intinctis, vt ait Agricola, facit, & eo currum axes inungit. Bitumine olim Simulachra Romæ pingebantur, vt habet Plinius lib. 34. cap. 4. Scribit enim antiquos pingere solitos imagines bitumine, quo magis mirum est placuisse auro integere. Gagatem lapidem bituminosi generis esse perspicuum est, ideo de eo cum Pissasphalto aliquid adiiciendum putaui. De Gagate Galenus his verbis scribit. Lapides tabularum instar latos & nigros, ac qui in ignem impositi, flammam exilem emitterent, multos ex »
Cœlesyria asportaui, generatos in colle qui mare quod appellant mortuum, circundat, & quidem ab ortu, vbi & bitumen gignitur. Odor etiam eorum lapidum erat similis bitumini. Sine dubio autem aquæ calidæ altius sub colle illo »
bituminoso manantes, bitumen abradunt & liquefaciunt, idque in locum in »
quo exiliunt, effundunt. Quod verò bitumen nigrum æstu maris eiectum re- »
peritur in littoribus, syncerum vt Iudaicum est solaque duricia ab eo differt. »
Scissile & latum non est, atque etiam in hoc differt à fossili. Hæc ille. Quod »
ad succinum, seu lyncurium, siue Pterygophoron attinet, nihil plane hoc loco scribere constitui, vt puta quod teste Herodoto, & Diodoro arboris gummi sit Succinum arboris gũmi esse.
vt multis quidem argumentis aliâs probaturus sum: Esse quoque falsum quòd ex terra petatur, quemadmodum id scaturire. Sidit nempe, quomodo ergo fluctibus ad litus eiicietur? Itaque cùm gummi arboris sit, eius descriptio ad hanc tractationem nihil facit.

De Nitrō Caput viii.

Recipuas olim nitri dotes Aegyptij cæteríque orientales populi in asseruandis defunctorum corporibus collocabant, quòd Nitri dotes.
eo Salitores potissimùm vti solerent, quanuis & alia quædam hanc vim obtinerent, sed eo fortius nulla. Huiusmodi autem sunt aromata, & sales, multa alia adstringentia atque exsiccantia: de quibus Græci tum historici, tum medici abundè meminerunt. Quum autem ea huic rei quam instituimus multum congruere videantur, tanquam affinia propositæ materiei ea pertractantes fusius de illis perscribemus. In primis autem occurrit nitrum, quod ab Herodoto, Diodoro, & multis aliis mirum in modum ad Nitrũ corpora seruat.
seruanda corpora expetitum fuisse cognoscimus, cum multis locis, tum eo potis-

simùm: Vbi de Cedria, & de seruato corpore loquuntur. Hæc Herodotus habet. Et tot quot diximus diebus Nitro condiunt. Deinde rationem reddens addit. Nitrum autem (inquit) carnes tabefacit, mortuique tantùm cutis & ossa relinquuntur. Ex quibus verbis, nitrum maximo vsui in condiendis cadaueribus fuisse constat. Tanta nunc Nitri in Europa penuria est, vt nemo eorum sit qui rem medicam faciunt, qui se nitrum vidisse dicere audeat. Magna certè in nitro facta est impostura, si vlla vnquam in re alia, ex quo homines meminerunt, fieri potuit. Nam promiscuè lapidis Asij flore pro nitro vtebantur, & adhuc nunc vtuntur, nitrum vocantes, nec simpliciter nitrum, sed cum cognomento salem nitrum, idque perperam: siquidem non salem vocari decet, sed nitrum solum modo. Alij verò nitro carentes, Alkali salem pro nitro vēdūt. Sed Alkali sal fusile est, & ab igne eliquatur, quod in nitro nō fit. Sūt & alij qui nitrum vnum artificiale, alterum verò constituunt natiuum, sed magno errore. Ideo qui sua propria quadam authoritate res sibi incognitas docere student, non sunt audiendi. Mirum est medicos excellentissimos non aduertisse, id quod nos salem petræ vocamus, nullo modo nitrum esse posse. Antiquòrum nullus extat, qui nitrum in artificiale & natiuum distinxerit, quorum alterum per se concretum in monte ligone effoderetur, alterum autem arte fieret. Nam omne nitrum salis modo fit, Arte quidem comparari, & hominis industria vt sal fieri, atque etiam sine artificio per imbres condensari, vt infrà dicemus, potest: sed natura nusquam nitrum terra contectum fecit. Nam extra terram omne nitrum reperitur, siue nitrum in solitudine concretum fuerit, siue eorum industria qui ei rei dant operam, quemadmodum ex Nili inundatione, tum ex aqua pluuiæ, vel fontis riuulo, nullum tamen natiuum è terra effoditur. Nitrū enim ex quibuslibet aquis fieri asserui, vt etiā ex dulcibus. Aqua cœlestis omnium dulcissima, leuissima, purissima, optimū nitrum efficit: quā rem aqua Nili etiam præstat, ex quo vim istam terræ densandi nitri referre acceptum oportet. Quod quidem Theophrastus lib. 3. cap. 22. his verbis probat. De Sale verò, aut salsugine, quam adhibere consueuerunt, inquit, simplex ratio reddi potest, quòd Palmæ loca salsa plurimùm concupiscunt: & argumentum, quod vbi palmarum copia est, solum tale spectatur, vt in Aphrica, Syria, atque aliis tractibus. Quo fit, vt vbi Salsugo non sit, ope proxima salis subueniant. Paulo pòst addit. Palma enim quanquā aërem circumfusum calidum quærat, vt fructus maturescere possit, tamen radicibus refrigerari ob siccitatem desiderat: quod sal subministrat. Capite sequenti addit. Aquæ autem salsæ quibusdam quoque oleribus congruunt. qua de causa nitro in nonnullis vtuntur.

Nitri nunc in Europa penuria est.

Impostura in Nitro facta.

Asij lapidis flore pro Nitro vtimur.

Salera Nitram perperam dicimus.

Nitrū malè in natiuum & artificiale distinguim⁹.

Arte Nitrum fieri posse.

Ex aqua simplici Nitrum fieri posse.

Ex quibus

Ex quibus Theophrasti verbis perspicuum est, terram ipsam in nonnullis tractibus, vt Syriæ, & Aphricæ, naturâ salsam esse: nam cùm scribit palmas loca salsa plurimùm concupiscere, argumentum est quòd vbi palmarum est copia, solũ tale spectari soleat. Hinc que facilè colligere possumus, terræ nitrum efficiendi non autem aquæ vim inesse. Nitrum precio in Aphrica multo sale vilius est. Nam etiamsi sal artificiose factitetur, aut è monte fodiatur, is tamen precio vænit maximo, quia plebs eo non potest carere. Quicquid enim ex sale conficitur, maximum habet in alimentis hominum vsum. Nitrum verò eundem quem sal honorem non habet: nam suapte natura sese coagulat, nulla hominis opera coërcitũ. Quæ causa fuit cur Arabes, qui longius à mari abessent, & Aegyptij cum nitrum ex suis conuallibus concretum haberent, eo potius vsi sunt pro sale, quàm salem aliunde peterent: scilicet quòd sal quæstuosum annuosumque eflagitet nummum, Nitrum verò ab iis nullo ære comparetur Aegyptij suo nitro raphanos aspergunt, non aliter ac nos sale. Ideo cum indigenæ primùm nitri periculum fecissent, atque etiam quod panes, pulmenta, iura, carnes, & alia denique reliqua obsonia nitro salita, sanitati conferre comperissent, aliunde salem non petiuerunt, sed suo nitro pro sale vsi sunt, docuerúntque regiones externas commodè nitro pro sale vti posse. At Macedones aliquid de Chalastræo pro sale addunt ad farinã, cum eã subigunt vt faciant panem. Hinc plerique nitro vti maluerunt quàm sale. Ortum ducit nitrum in multis regionibus Europæ, Asiæ, & Africæ. Sed authores vnum ab altero bonitate & prauitate distingunt. Nitrum ab omnibus laudatur Berenicum etiã à Galeno commendatum. Est autem Berenice vrbs in qua fuimus, Cyrenaica prima, quæ inter quinque maximas vrbes nominatur, in Syrtis extimo cornu est, quondam à matre Philadelphi ita nominata. Fontes, quos Plinius amaros vocat, ad rubri maris litus, quorum nos etiam aquam potauimus, nullius insignis amaritudinis essent participes, nisi solum illic nitrosum esset. Omnes quoque Arabiæ fontes, propter solum nitrosum, amarore suffusi sunt. Lacus Macedoniæ nitrosus, Hesperidum Græciæ fabulis celebris, nõ procul oppido Chalastra, circa canis ortum gignebat nitrum. Authores, nitri spumam, nitrum & aphrolitrum variis nominibus appellant. Galenus lapidosum primum vri iubet, deinde in puluerem leuigari. Ex quo perspicuum est, nostrum salem petræ nitrum nullo modo esse posse, quòd nec vri, nec ex sese cinerem efficere valeat. Nihil apud Abyrtum in veterinaria Medicina nitro frequentius est. Vtebatur eo & Ganea, in qua eius periti obseruauerunt tenereſcere nitro multa, præsertimque herbarum radices, candorem obsonia cõtrahere, & olera vi-

Nitrum in Africa Sale vilioris est precij.

Esculenta nitro loco salis obsonari.

Chalastræum nitrum.

Nitrũ Berenicum.

Nitri spuma.

Salem petræ nõ esse nitrum.

ridiora fieri. Hinc Martialis cecinit lib. 13.

Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

Floris Asij lapidis vsus.

Florem Asiæ petræ, cum cuius nostra ætas magnum in missilibus igne tormentis vsum habet, nitrum quidam vocant. Cuius rei, legentem monere voluimus, ne quis credat ea quæ de nitro referimus, cum falso suo illo vulgo sale, nitro vocato, quicquam habere commune. Auicenna Armenum Nitrum præfert Aegyptio. Dioscorides ex Bunis etiam nitrum plurimùm laudat. Vulgus Turcarũ nitro quotidie vtitur, cùm tamen nobis ignotum prorsus existat. Nitri, Mẽphi & Byzantij tanta est apud negotiatores copia, vt nihil vulgatius sit. Vulgari nomine Natron dicitur. Sic quoque in Damasco. Concrescit in oriente affatim, patriámque habet Asiam, quam cum Scythæ olim crebris incursionibus vastarent, idque Galieno imperatori literis & nuntijs significaretur, per iocularem quandam licentiã dixit: Quid? sine Aphronitris esse nõ possumus? Magnum habet vsum in tingendis serico & lanis nitrum. Dum Macedoniam peragrarem, lacum ex quo nitrum olim petebatur studiosè visi, vt nitrum inspicerem. sed tum mihi ab indigenis responsum est, nihil illic nitri amplius fieri. Serapio semper Bauracem, quo vtuntur nostri aurifices, commiscet cum nitro. Nitrum reuera beneficio soli, & æstuantis solis vi perficitur: ex quo Græcis nonnullis Halmirhaga dictum est, nomine ducto partim à sapore, quẽ habet subsalsum: partim ex eo quòd ex terra asciscitur: nã ab inũdatione Nili, aut ab fontis riuulo, aut ab aqua pluuia solum salsum suapte natura agens in antrum concretum redditur, & túmque illud absque vlla hominis opera atque labore perficitur. Id verò mihi circa Belbam Aegypti vidisse contigit. Nitria in Aegypto vrbs à nitro dicta est, vbi nitrariæ erant, ex quibus aqua infundebatur ad Naucratim & Nitriam & Mẽphim, vt in salinis mare. Solitudine inter Memphim & Ieroſolymam cõcretam nitro vidimus, ex qua tãta nitri quãtitas auferri potuisset, vt eo quãplurimæ naues onerari facile potuissent. Solitudo illa concreta nitro longior erat, quàm medium milliare. quam cum nocte prætergrederer, salem putabam esse illic densatum. Cum autem illud ad Lunæ splẽdorem micaret, repercussione in oculos icta pupillam tangebat: in quo etiã Cameli, Equi, & Muli pedis vestigium deformatum relinquebatur impressum, sed cum ex equo descendissem, & ligone quem ego semper in meis profectionibus gestabam, abscidissem: idem cum eo nitro quod iam Memphi videram, esse cognoui. Non itaque nitrum ex monte ligonibus effoditur, vel ex quodam subterraneo specu excauatur, sed ex solitudine con-

Nitro apud Turcas nihil vulgarius.

Halmirhaga.

Nitria vrbs.

Solitudo concreta Nitro.

Nitrum non effodi ligone.

cretum legitur. Nihil vetat quominus ligone auferatur, sed nullo modo terra contectum comperitur. Ideo terreæ substantiæ id adscribendum magis quàm aquæ. Terra enim illic quandam habet nitrosam substantiam. Cum aqua pluuiæ, Nili, aut fontis diu in conualle steterit, salsuginosa & nitrosa tandem euadit, quandam ad se substantiam ex profundo, & salsam materiã euocans, quæ postea salis instar, solis calore concrescit, duriórque ipso sale redditur. Tota nitri gleba non vno eodémque die concrescit, sed per vices, paulatímque aucta & exsiccata euadit. Primùm quod ex nitro concrescit, densam non habet spissitudinem. Postea verò dum alia madescit aqua, aliud paulatim prædictæ adiicitur operimentum. Quod magis ac magis indurescens tandiu concrescit, donec ad sesquipedalem crassitudinem deueniat. Quò fit, vt tota nitri facies quandam Cadmiæ placoidis seruet similitudinem. Siquidem tota gleba zonarum decursibus constat rectis, non autem ambagioso anfractu diductis: quæ nota arguit Nitrum ex planicie oriũdum, vel in solitudine quadam concretum. Cætera porosum nitrum in aqua diluitur, ita vt etiam ne fecem quidem ex nitro videas subsidere, quanquam magna terræ substantiæ copia in nitro comperiatur. Cuius rei argumentum est ipse cinis. Siquidem ex nitri crudi libra vna, postea vsti, vnciæ quatuor cinerum vstulatorum mihi id studioſè rimanti tantùm superfuerunt: quod argumentum est verissimum, multum illud terreæ materiæ admixtum habere: ideo nõnulli nitrum frigidam suo gradu obtinere facultatem scripserunt, cùm tamen nostrum sal petræ igni contactum ocyssimè flammam concipiat, totúmque in aërem resoluatur. Hinc colligimus valde esse tenuium partium: nam gustatum quoq; cum maxima tenuitate pungit, atque copiosam ex alto saliuam prouocat. Nitrum triplicem habet differentiam: Nitrum enim id dicimus quod est candidum, roseo colore in foramina dehiscens, perinde quasi spongiosum quiddam, quale ex Bunis adfertur, cæteris, vt scribit Dioscorides, præferendum, durum & spissum, vt maxima ex parte Aegyptiũ est, quod lapidis instar induruit in aceruos, qui, quòd speciẽ habeant collium, βόνοι Græcis dicuntur. Secunda quæ sequitur differentia, non à Dioscoride ita distinguitur vt à Galeno. Galenus enim dupliciter spumæ nitri nomẽ vsurpasse creditur. Aut enim separatis duobus vocabulis Ἀφρὸς νίτρου appellat, aut ex vtroque nomine composito ἀφρονίτρον. Hinc Martialis in Apophoretis vtrunque illi nomen hoc distícho tribuit.

Nitrum frigidũ esse.

Salpetræ.

Triplex Nitri differentia.

Galenus nomẽ Nitri duplici ter vsurpat.

Spuma Nitri.

Aphronitrum.

Rusticus es, nescis quòd Græco nomine dicar.
Spuma vocor nitri, dicor & Aphronitrum.

Plinius hanc sensisse distinctionem videtur. Siquidem spumam nitri habet,

Operimentum nitri. Capistrū nitri.

quam Latinè operimentum vocauit, Auicennæ verò interpres Capistrum nitri: non quòd nitrum efferbuerit, & spumam fecerit in caneſcēte conualle ſub Sirio ardore, aut quod per ſe ſit ſpuma, vt eſt ſpuma leuis quæ ex Poſca proficiſcitur, nam poſtea ſpumam ſeu florem leuem, dum feruet, facit, quæ nunc Byzantij venditur, aut alia quæuis maris aut ſalis ſpuma: Sed ſpuma nitri ipſi nitro inſidet, ac ſub dio etiam in nitrariis & conuallibus ex ſeſe efflores cit. Roribus enim nitrum efflores cit, vt pote quod madeſcat noctu: eáque ſpuma iam perfecta ipſi nitro inſidet ſub dio, nitríque incremento accedit. Et in ſuperficie inſidet. Idcirco rectè capistrum interpres Auicennæ vertit: Melius verò Plinius operimentum. De nitri ſpuma Plinius ſic ſcribit. Spumam nitri quæ maximè laudatur, antiqui negabant fieri niſi cum ros cecidiſſet, prægnantibus nitrariis, ſed nondum parientibus. Itaque nō fieri incitatis etiam ſi caderet. Alij operimentum fermento gigni exiſtimant. Hæc ille. Dioſcorides huius meminiſſe videtur, cum Aphronitrum duobus vocabulis ἀφρὸν νίτρου deſcribit, nihil tamen de Aphronitro habet. Is de hoc operimento ſic tradit. Spuma nitri optima eſſe putatur leuiſſima, gleboſa, friabilis, colore penè purpureo, aut ſpumoſa, & mordens, qualis ex Philadelphia Lydiæ defertur. Secunda eſt Aegyptia. Quin & in Magneſia Cariæ gignitur. Hæc ille. Quomodo autem flos iſte gignatur, iam ſuprà retulimus: quem Plinius modò operimentum, modò Spumam nitri appellat, paulo pòſt, Aphronitrum. Quid autem iſtud Aphronitrum ſit, dicēdum videtur, Diſtinguo Aphronitrum à ſpuma nitri, id eſt operimēto. Plinius Capite 17. hoc modo habet: Si verò Aphronitrum & nitrum adiiciatur. Crediderim ſanè Pliniū & Serapionem ex eodem fonte hauſiſſe quæ de eo ſcribunt. Serapio enim cùm de nitro loquitur ſic ſcribit. Et ſpecies eius (inquit) ſunt duæ. Vna earum nominatur nitrum, & eſt ſal petroſus, cuius color vergit ad rubedinem, & ſapor eius ad ſalſedinem cū pauca amaritudine, ſignificans ſemper aduſtionem ſuam. Et ſpecies alia dicitur Bauracpanis, quia in Yaya vtuntur eo in pane. Hîc vbi Serapio Yayam, Plinius Macedoniam habet. Deinde pergit Serapio his verbis. Et hoc quia homines illius terræ diſſoluunt ipſum in aqua, & liniunt eo panem antequā coquant eum: recipit enim claritatem ab eo. Hactenus Serapio. Paulò pòſt de artificiali loquens, quod quidem nihil aliud eſſe videtur, quàm illud quo aurifices vulgò vtuntur, Bauracem vocāt, Sed Baurac, inquit, artificiale nuncupatur, & eſt ſal petroſus, inciſiuum, abſterſiuum: & generatur ex materia nitri, & humiditate plumbi, & Kali quando miſcentur ad inuicem, & ponuntur ad ignem. Hactenus Serapio de artificiali nitro. Raſis quoque de hoc

Spuma nitri.

Aphronitrum quid.

Plinij de Aphronitro locus.

Salpetroſus.

Baurac panis.

Bauracis confectio.

artificiali nitro in libro introductorio ad Practicam, eadem ferè quæ Serapio habet. Vna ex speciebus baurac, inquit, est baurac quod fit artificialiter, & est album, & est ex eo quod est spumosum, & est melior omnibus cuius color terreus est ac puluerulentus, & ex eo est Tincar, quod fit & sigillatur. Hæc Rasis. Plinius autem sigillationem istam non omisit, quam Gal. & Dioscorides tacent. Plinij verba hîc apponam, vt per Arabum sigillationem in Tincar Plinium eadem quæ Arabes tradere, ostendere possim. Ea sunt: Proxima ætas medicorum Aphronitrum tradidit in Asia colligi, in speluncis mollibus distillans. Specus eos colycas vocant, dein sicant sole. Optimum putatur Lydium. Probatio, vt sit minimè pŏderosum, & maximè friabile, colore penè purpureo. Hoc in pastillis adfertur. Hæc Plinius: cuius verba omnino bellè correspondent, cũ his quæ habĕt Arabes. Quid (quæso) aliud pastillorũ nomine hic author intelligit, quàm id quod sigillationem Serapio vocat? Rasis autem addit Aegyptium nitrum in vasis picatis adferri, ne liquescat. Aphronitrum proxima medicorum ætas, vt Plinius docet, in Asia colligi tradidit. Nam Dioscoridis tempore & ante Dioscoridem, sigillatio illa spumæ nitri, & Aphronitrũ fortè nõ erat. Plinius Lydio principatum tribuit. Insuper cũ eligendi notas scribit Plin. easdem Aphronitro tradit, quas Dioscorides suæ ἀφρο νίτρου. Sed vt liberè de istis tribus quæ sentio dicam, Omnes ex eadem massa proficiscuntur, quanquam à locis & terra diuersum nanciscatur colorem: aliàs enim gleba rosea est, aliàs alba. Lydiæ & Aegyptiæ, operimentum incidet in planiciebus. Nitri vsus ad detergenda corpora in Laconica fuit maximus. Cùm autem nitri gleba diutius asseruata in ædibus fuerit, sensim contabescit, marcescítque, & vsque ad intimum corfatiscit. Vnde ea durities quæ antè in nitro erat, sensim in molliciem vertitur, friabiléque redditur, maximè si in loco humido detineatur: propterea tamen non desinit esse gleba, sed mollior quàm in nitro. Medici cùm aduerterẽt velut metamorphosim quandam, nempe quòd antè durum in mollius corpus facilè defciscceret, nomen mutare, & vires illi seorsum ascribere excogitarunt. Id autem dixi nitro vt mutetur accidere, quod in meis nitri glebis, quas ex Oriẽte mecũ detuleram, expertus sum: quarum cum amicis magna frusta dedissem, quidam apud me conquesti sunt ea in puluerem versa esse: alij qui in sicciori loco asseruarant, non in puluerem versa, sed mollius corpus assecuta, & mutasse colorẽ narrabant. Plin. totũ 10. cap. libri 31. nitro destinat. Non est, inquit, differenda nitri natura, non multũ à sale distans, & eo diligentius dicẽda, quia palã est medicos qui de eo scripsere, ignorasse naturã, nec quẽquam Theophrasto diligẽtius tradidisse. Exiguũ fit apud

„ Tincar.

„ Pastilli exnitro.

Lydium nitrum.

Operimẽtum nitri.

Nitrum in puluerem facilè conuertitur.

Medos, caneſcentibus ſiccitate conuallibus. Iſta ſunt Plinij verba. Nonne vi demus quomodo dicat nitrũ in cõuallibus ſiccatis in Media fieri? Hinc liquet quod iã initio huius cap. paulò antè dicebã, eos falli plurimũ, qui nitrũ ſubterraneum quiddã eſſe, veluti metallũ, prodiderunt. Caneſcẽtibus itaq; conuallibus ſiccitate, poſtquam aqua imbris fontíſue exiccata fuerit, ac à ſolo condenſata, in nitrum vertitur. Addit poſtea Plinius: Minus etiam in Thracia iuxta Philippos, ſordidum terra, quod appellant agrium. Hactenus ille. Ego affirmare auſim in Thracia deſiiſſe amplius nitrum fieri: nam cum & Thraciam & tractum circa Philippos peragrarem, vt Nitrum viderẽ, nec circum vrbis ruinam, nec adiacentem regionem, aliquid comperi. Chalaſtræum Nitrum ab vrbe Chalaſtra nomen accepit. Hanc illam eſſe crediderim, quam Alexander à ſui equi nomine Bucephalam poſtea appellauit. Aquæ nitroſæ (inquit Plinius) pluribus locis reperiuntur, ſed ſine viribus denſandi. qui in iis quæ à me dicta ſunt, mecũ facit. Nõ enim (vt dixi) omnis nitroſa aqua Nitrũ efficit. Sic quoque quæuis terra nitroſa, etiã ſi aqua perfundatur, nitrũ nõ efficit: nã à ſole vt denſetur, vim habere neceſſe eſt. Ideo vis hæc aquæ credetur non ineſſe, ſed terræ. Ex leuiſſima enim puriſſimáq; & dulciſſima aqua fieri nitrũ certũ eſt. Nitrum ex ſe grauiſſimum eſt. Sidit enim in aqua, vt lapis. Optimum nitrum, (inquit Plinius) copioſumque in Letis Macedoniæ quod vocant Chalaſtricum, candidum purúmque, proximum ſali. Lacus eſt nitroſus, exiliente è medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa canis ortum nouenis diebus, totidémque ceſſat, ac rurſus innatat, ac deinde ceſſat. Hactenus. Ex quo apparet, quòd ſolis calor nitrum condenſat, modò ſoli natura reſpondeat, vt etiam ipſe teſtatur his verbis: Quo apparet ſoli naturam eſſe quæ gignat, quoniam compertum eſt, nec ſales proficere quicquam cùm ceſſet, nec imbres. Mirum eſt & illud, ſcatebra fonticuli ſemper emicante, lacum nec augeri, nec effluere. Iis autem diebus quibus gignitur, ſi fuere imbres, ſalſius nitrum faciunt, aquilones deterius, quia validius commouent limum. Et hîc quidem naſcitur. In Aegypto autem conficitur multò abundantius, ſed deterius: nam fuſcum lapidoſúmque eſt. Fit penè eodem modo quo ſal, niſi quòd ſalinis mare infundunt, Nilum autem nitrariis. Excedente Nilo ſiccantur, decedente mandent ſucco nitri quadraginta diebus continuis, non (vt in Macedonia) ſtatis. Si autem imbres adfuerint, minus de flumine addunt: ſtatímque vt denſari eſt cœptum, rapitur, ne reſoluatur in nitrariis. Ipſum autem conditũ in aceruis durat. Iſta omnia Plinius de nitro tradit, quæ ſatis abundè docent nitrum nuſquam effoſſum eſſe ab aliquo monte vel ſolo, immo (vt ſuprà ſcripſi) ſtatim vbi denſari eſt cœptum,

Nitrum fieri ĩ Thracia deſiit.

Chalaſtra.

Chalaſtricum nitrum.

Ægyptiũ nitrum.

si imbres affuerint, ipsum in aceruos cõdunt vt duret, aliàs in ipsis nitrariis ab imbre liquaretur, & ita rapitur, ne resoluatur in nitrariis. Quæ postea ex Plinio sequuntur, videntur esse obscura, cùm inquit: In nitro optimum quod tenuissimum, & ideo spuma melior. Ad aliqua tamen sordidum, tanquam ad „ Spuma „ nitri. *inficiendas purpuras, tincturasque omnes. Ex quibus verbis constat, nitri eum duo genera constituere: tenuissimum alterum quod spumam vocat, & tanquã optimum præfert: Alterum verò sordidum ad aliqua vtile, tanquam ad inficiendas omnes tincturas. Magnus, inquit, & nitro vsus, qui dicetur suo loco. Nitrariæ egregiæ Aegyptiis: nam circa Nacratim & Memphim tantùm solebant esse, circa Memphim deteriores. Nam & lapidescit ibi in aceruis; mul* „ *tíque sunt tumuli, ea de causa saxei. Faciunt ex his vasa. Necnon frequenter* „ *liquatum cum sulphure coquentes in carbonibus. Ad ea quoque quæ inueterari volunt, illo nitro vtuntur. Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rufum exit à* „ *colore terræ. Hactenus de nitro. Sequitur nunc ex eodem spuma nitri, quam* „ *maximè laudat. Atqui eam antiqui negabant fieri posse (inquit) nisi cùm ros* „ *cecidisset, prægnantibus nitrariis, sed nondum parientibus. Itaque non fieri in-* „ *citatis etiamsi caderet. Alij operimentum fermento gigni existimauere. Hæc* „ *à Plinio de spuma nitri dicta sunt. Sequitur vt quæ de eo nitro ab aliis tractantur, persequamur.*

De nitro factitio seu Chrysocolla, quæ Arabibus Borax dicitur. Caput IX.

Recenti nitro tanta est durities, vt etiam ferrum obtundat in lapidis durissimi modum. Ideo hunc Serapio meritò salem lapidosum vocat, siue petrosum. De nitro factitio nonnulla hîc occurrunt dicenda. Nam cùm Arabes vnum Chrysocollæ genus, quo nunc passim vtimur, excogitarint, quo omnes aurifices orbis vtuntur, quæritur an prisca ætas etiamnum id cognouerit? cum nemo aut antiquorum aut recentiorum eius descriptionem exactè tradiderit. Hoc vulgo Borax vocatur. Latini Santernam, Arabes Tincar dixerunt. Vox hæc tam ambigua fuit, vt inter eos de re eadem non constet, atque (vt dixi) plerumque Capistrum auri & argenti intrepretentur. Ianuensis putat id atramentum sutorium esse, nec constat apud authores neotericos, quid Arabes pro suo Tincar intellexerint. Mesues cum de Chrysocolla scribit, aliorum omnium sequitur sententias, qui

Nitro lapidis durities

Borax. Santernæ. Tincar. Capistrũ auri.

ex vrinis infantium fieri cõtendunt. Ideo omnes hoc artificiale nitrum Chrysocollam vocare malunt. Hinc oborta est erroris occasio, quòd omnes Arabes nitrũ cõstituerint factitiũ, & natiui nitri vires illi tribuerint, quæ Chrysocollæ debẽtur, qua nunc passim & olim omnes aurifices orbis vsi sunt. Auicenna cum Tincar minerale & artificiale constituit, hoc est de Chrysocolla intelligendum. Plinius cùm de Chrysocolla scribit, de ea multò melius quàm quiuis alius author disserit. Notam istam quam Dioscorides Chrysocollæ vt porraceo sit colore tradit, Plinius illi hanc commendationem dedit, vt colorẽ herbæ segetis lætè virentis, quàm proximè reddat. De qua viridi inquam Chrysocolla, hîc nequaquam loquor, sed de ea quam Arabes, atque qui eos sequuntur, Baurach vocant, quam Santernam dixerũt, Dioscorides verò & Galenus Scolẽciam, aut aurificum æruginem, quæ modis fiebat multis: cuius & si authores varias describant adferant, omnes tamen nitrum recipiunt. Frustra autem torquentur nonnulli, qui varias descriptiones ad hoc factitandum excogitant. Alij cum sale & lacte alumen & vrinam adiiciunt: alij cum tartaro (fecem vini vocant) mentiri conantur. Quòd Latinis Chrysocolla Santerna vocata, idem sit quod Borax, quo nostri aurifices in agglutinando auro vtuntur, ex Plinio lib. 33. cap. 5. his verbis probari potest. Chrysocollam & aurifices sibi vendicant agglutinando auro, & inde omnes appellatam similiter vtentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri impubis vrina, addita nitro. Teritur Cyprio ære in Cypriis mortariis: Santernam vocant nostri. Ita ferruminatur aurũ, quod argẽtosum vocant, signúmque est, si addita Santerna nitescit. Hactenus Plin. Nec constat apud quẽpiam aliũ authorẽ, quòd Chrysocolla sit, qua à nostris aurũ ferruminatur, vt argentũ. Iam initio prædicti capitis Plinius naturalẽ Chrysocollã descripserat. Vltimo Santernã, adiecit de qua hîc maximè agimus, nã ea est quæ ex nitro comparatur, Borax istud tanto precio, quũ hæc scriberẽ, vænibat, vt ferè auri põdere vstulatũ vẽderetur. Boracis huius siue Santernæ compositionem Serapio ferè similem cum Plinio habet: nam in libro de temperamentis Simplicium scribit Bauracem artificialem nominari nitrum, & generari ex materia nitri, & humiditate plumbi, quando simul miscentur & ponuntur ad ignem. Dioscoridis itaque Chrysocolla, & Scolecia Plinij, Santernáque, & Arabum Tincar, idem mihi esse videntur cum eo quod nostro seculo aurifices Boracem vocant, cuius vstulato cinere in agglutinando auro vtuntur, vt id auro glutinum sit, quemadmodum argilla ferro, Cadmia æris massis, alumen laminis, resina plũbo & marmori, & plũbum album nigro, ipsoque albo oleum, Item stannum æramentis, stanno argentum.

Tincar minerale.

Tincar artificiale.

Chrysocolla.

Scolecia.

Aurificum ærugo.

Santerna ex nitro componitur.

Chrysocolla.

Scolecia.

Santerna.

Tincar.

gentum. Dioscorides porrò, quem Galenus in hac re secutus est, nullum aliud cognomentum Chrysocollæ adiecisse videtur, quàm aurificum æruginem, qua aurum ferruminant Siquidem is in capite de ærugine duo genera statuisse æruginis videtur, fossilem vnam, alteram verò factitiam: quam paucis verbis definiuit, ea quæ ad aurifices tantùm pertinere videbantur ommittens. Cuius hæc verba sunt. Fit & quædam ærugo ab aurificibus mortario & Pistillo Cyprij æris cum vrina pueri impubis, quo aurum ferruminant. Hactenus ille. Plinius verò eadem verba habet, sed compositioni nitrum adiicit. Nam, vt mihi videtur, frustra sine nitro tereretur. Quod si vrina impubis pueri, totum annũ tereretur, Vt vult Dioscorides, agglutinare aurum argento non posset. Ex hoc loco, tum ex multis alijs, crederem Plinium, Dioscoridem non vidisse Potuit tamen eius exẽplaria legisse, ex quibus Dioscorides ea quæ scripsit excerpserat. Hæc itaque nota Dioscoridis obiter dicta sit, tanquam ad Chrysocollam pertinens. Plinius iterum lib. 34 capite duodecimo vocat Santernam. Nam quum de Scolecia scribit, hoc modo habet. Est & alterũ genus ærugini, quã Scoleciam vocant, in Cyprio ære, hoc trito alumine & sale, aut nitro pari pondere cum aceto albo quàm acerrimo. Non fit hoc nisi æstuosissimis diebus circa canis ortum. Teritur autem donec viride fiat, contrahatque se in vermiculorum speciem, vnde & nomen. Quod vitium vt emendetur, duæ partes quæ fuere aceti, miscentur vrinæ pueri impubis. Idem autem in medicamentis & Santerna efficit, qua diximus aurum ferruminari. Nomen Græcum Chrysocolla bene conuenit ei, quod ab Arabibus Borax vocatur, quo aurifices vtuntur. Chrysocolla autẽ mineralis qua medici vtũtur, ab hac ita distinguitur, quod altera natiua sit, altera verò factitia, cuius apud aurifices vsus est maximus. Cõpositio autẽ ferè ignorabatur, attamẽ basis cõpositionis ei præcipua est nitrũ.

Aurificum ærugo.
Ærugo fossilis.
Ærugo factitia.
Santerna.

De flore Asiæ petræ, quem malè quidam pro nitro sumunt. Caput x.

EX authoribus antiquissimis nullus est, vno Plinio excepto, qui rem quandam esse scribat, quæ sine alimento per se flagrare possit: quod certè noster Salpetræ facit. Ille lib. 14. cap. 20. scribit, quòd fex vini siccata recipiat ignes, ac sine alimento per se flagret. Cuius cinis nitri naturam habet, easdémque vires, hoc amplius quo pinguior sentitur. Hactenus. Nitrum itaque per se non flagrat vt sal petræ, sed igniri potest & candens fieri atque extingui, atque inde cinis superesse, id quod in sale petræ, siue lapidis asii flore nequaquã accidit. Totus enim

Salpetra à se sine alimento flagrat.

in aëream ſubſtantiam diſſipatur. Qua autem ratione motus velim noſtrum ſalē petræ eſſe Aſii lapidis florem, breuibus indicabo. Primùm quòd olim, vt nunc, flos hic petris inſideret: deinde quòd maximus & vulgatiſſimus fuerit olim floris lapidis Aſii vſus, ita vt ferè ſemper ſi nitrum non adeſſet, nitri loco hic Aſii lapidis flos ſubſtitueretur, propterea quòd ob magnam quam habet erodendi vim, Sarcophagos quoque vocatus eſt: quæ vis vulgò etiam à noſtris Salipetræ tribuitur. Nam ſi quid de eius liquoris ſtillatitij gutta alicui applices parti, eam ſtatim exuret. Inſuper etiam nunc idem ferè nomen retinet. Neque ſi quiſpiam eius originem deſcribat, alia ferè dicere poteſt, quàm quæ ab antiquis de Aſiæ petræ flore ſcripta fuerunt. Nam Dioſcorides cū Aſium lapidem deſcribit, Eius flos (inquit) ſalſugo ſubflaua eſt, ſummo lapide inſidens, compage tenui, colore in aliquibus albo, in aliis pumici ſimili ad luteum vergente. Admotus linguæ aliquantulum mordet. Quòd ſi nos noſtrum ſalem petræ velimus deſcribere nonne dicemus florem eſſe, ſiue lapidis efflorescentiam quandam ſalſuginoſam, ſummis lapidibus inſidentem, compage tenui, colore vt plurimum albo, in aliis aliter, qui admotus linguæ aliquantulū mordet, ſaporis ſalſi, vnde & nomē habet, tū à ſapore quē præſe fert, tum à petris à quibus abraditur? Sed quiſpiam fortè dicet florem lapidis Aſii ab ipſo lapide dictum eſſe, qui ex Aſſo Troadis promontorio (in quo fuimus ipſi) petitur ideo noſtrum florem petræ non eſſe Aſii lapidis florem, quòd Aſiò lapide careamus, contendet. At ego illi hanc appellationem in Phrygia ab eo lapide ſic initio adinuentam concedam: ſed tamen nihil obſtat, quominus noſter Salpetræ, cum Aſii illo flore conueniat. Miror verò inſignem hanc notam, quam in lapidis flore vidimus, à veteribus præteritam fuiſſe, quòd ſine alimento per ſeſe flagret. Sed, vt iam dixi, tormentorum miſſilium nondum erat excogitata ratio, quanquam nos ignorare non oportet, parietes petris conſtantes non minus ſale ſuo olim efflorui ſſe, quàm nunc: ſed ille fortè ea diligentia ab antiquis non detergebatur, qua nos ſolemus. Nam vulgus magno quæſtu florem hunc legit, atque etiam arte quadam excoquit. Particulares nunc ſunt opifices, qui præ aliis hunc melius perficere poſſunt, mercenariorúmque familiam habent, qui in vrbibus ſpurcitias, quas parietibus iunctas repererint, ſcopis in ſubiectā concham deturbent, Ex quibus poſtea hunc florem excoquunt. Sunt præterea & alij, qui terram putrem & ſalſuginoſam ex ſtabulis & ſimilibus locis, in quibus animalia diu minxerūt, petant: quam ita præparant & madefaciunt, vt ſalſedinem omnem exuat. Mirum eſt hanc induſtriam excogitaſſe homines, vt ſalem è terra quoque eliciant. De Aſiæ petræ flore tam multa ſunt à ve

Aſij lapidis flos.

Sarcophagos.

Aſiæ petræ flos.

Salis petræ deſcriptio

Aſius lapis quid

Exterra putri.

Florem Aſiæ petræ excoqui.

teribus tradita, atque etiam à Dioscoride, vt ipsissimum sal petræ esse credamus, quem prisca ætas Asiæ petræ florem vocauit. Magna est in viribus repugnãtia inter sal petræ & nitrum. Etenim cum sal petræ dissoluat ab argento aurum, nitrum verò agglutinet, vires autem dissoluẽdi, & ferruminãdi sint prorsus discrepantes: fieri non potest vt in eodem simul subiecto consistant ambæ hæ vires longè inter se dissidentes. Antiquis autem qui res metallicas descripserunt, floris huius facultatem nusquã cognitã fuisse, nempe quòd aurum ab argento separet, facillimè adducor vt credam: neque enim verisimile est, eos huius facultatis nullam mentionem fuisse facturos. Vtebãtur autẽ atramenti sutorij stillatitio liquore, vt nunc quoq; in Asia faciunt illi qui ab argẽto aurum separant. Nostri verò vt aquam fortiorem reddant & vehementiorem, sal petræ adijciunt. Nitrum verò id nequaquam exequitur. Si quidem metalla ferruminat, aurum argento adiungit, argentum auro associat: quod tamen sal petræ nequaquam præstare potest.

Virium repugnantia inter nitrũ & saltẽ petræ.

Atramenti sutorij liquor.

De Alkali, siue chimistico sale. Caput XI.

EST & alia mihi quæ in nitro fieri solet scribẽda impostura, q̃ magis fraudẽ occultat, quã flos petræ. Siquidẽ cũ negotiatores aduertunt se nitrũ non habere, Salẽ kali huius loco sufficiunt. Sed hoc Salis genus eliquari potest, difficilitérque absumitur, nec facilè ab igne euincitur: quod quidem Græci ignorasse videtur, quanquam id nonnulli tertio nitri generi adscribant. Ex robore aut quercu cremata, immo ex quouis cinere fieri certum est. Vulgus Barbarum Axungiam vitri vocat: Arabes autem Salẽ Alkali, ab herba Arabum kali, quæ Græcorum Anthillis est, non autẽ Soldanella, vt plerique Italorum putant, quæ quidem salsum saporem refert, quãuis Arist. & Plinius salsum saporẽ plantis non inesse scribant. Hunc salem aliqui Alchimisticum vocarunt, quòd ab igne eliquari, & ab aqua dissolui optimè possit, qui reuera sal est: & quãquã eliquetur, & dissoluatur in aqua, tamen nostri Axungiam vitri meritò vitrarij vocasse videtur. Est enim ceu vitri pinguissimus flos, innatus vitro in clibanis calentissimis & ignitissimis, qui cochleari ferreo ex Catino, barbari Crusibulã vocãt, à pasta nitri decapulatur. Mulieres Venetæ eius vim non ignorãtes, preciũ huic auxerunt maximo chimistarũ damno, qui æs in aurum mutare tentant: Ne autẽ videar rem velut parũ mihi cognitã scribere, ea dicã quæ & à nostratibus fieri cõperimus. Vitra ex delectis cineribus cõflantur, potissimùm ex fronde filicis, & aliis herbis, atque ex roborũ & quercuũ cineribus. Quod si quis salis huius confectio-

Sal kali. Sal fusilis.

Axungia vitri.

Soldanella.

Chimisticum salem alkali vocant.

Vitra ex quo fiant.

nẽ videre cupiat, ei vitrariæ officinæ sunt petendæ, vitríq; axungia poſtulanda. Si verò te Maranũ Venetiis cõferas, apud eos qui vitrea vaſa perficiũt, huius etiã magnã copiã videbis. Quod ſi ſal hic Alkali conſulto fieret, eſſet quoque multò eius maior quãtitas: ſed inuitis operariis, hic inter coquendũ vitrũ, ex quibuſlibet cineribus fieri cõſueuit. Deuehũtur ad nos nauigio, potiſſimùm Alexãdria & Beryto, Cineres kali, quos vulgus noſtrũ Sodam nominat: nam Aegyptus ſolitudines vaſtas habet, in quibus ne herba quidẽ vlla naſcitur, præterquàm hæc Alkali ſiue Anthillis, ex qua ſicca Aegyptij calcẽ coquũt, duplici quidẽ lucro: nã præter calcis coctionẽ ex eo prouẽtu colligũt cineres ac aſſeruãt, quos negotiatores ab eis emẽtes, tandẽ per vrbes ad litus maris mediterranei, & Adriatici ſitas diſtribuunt. Lapides quoq; albos duros ex Ticino per Padũ Venetias deferũt, quos ad vitrũ cõficiendũ in puluerẽ cõminuũt. Chryſtalini vitri cineres iſti duri ſunt, quibus leuigatis vnã partẽ præparatã appẽdunt, eíſq; pulueris ſilicũ ſiue lapidũ ſuprà dictorũ quartã partẽ adiiciũt: hos ſimul miſcẽtes demũ clibanũ implẽt. agitántque palaeo modo, quo agitatur plumbũ in furno dũ vritur: nã media clibani pars in editiori loco ignẽ habet ex lignis accẽſum. Cũ itaque ambo diu toſta fuerint, albo euadũt colore. Cineres kali ſiue Anthillidis primùm ex aqua bulliti, & à fecibus ſeparati, & elutriati, & vt mos eſt cõſumpti, cũ tritorũ Silicũ alborũ puluere cõmiſcẽtur, & (vt ſuprà dixi) in clibano ad flãmam lignorũ accẽſorũ exſiccãtur: ex quibus grandia Catina ex Taſconio, quæ affiatũ ignémq; & ardentẽ materiã tolerant, ad eliquãdũ implẽtur. Illa materia vitro cryſtallino cõficiendo eſt idonea. Nã cum ambo eliquari, & in vitrũ iam candẽs deficere cœperint, liquor quidẽ paſtæ qua cõficientur vitrea vaſa, innatare cõſpicietur: qui ſi inde non auferretur, noxã maximã vitro inferret, Chryſtallúmque vitiaret: neque tamen propriè pinguitudo eſt, ſed veluti flos quidã, ex leuiori materia conſtãs, quã artifices longis ferreis cochlearibus auferũt. Primus quæ è vitro auferetur, precioſior & nobilior eſſe ſolet, mulierúmque fucis accõmodatior. Hũc Italicæ mulieres emẽtes, nõ ſalẽ Alkali, axungiã vitri, aut ſalẽ Alchimiſtarũ poſcunt, ſed ſua lingua fiorde Cryſtallo, id eſt, Cryſtali florẽ. Is autẽ facillimè à vitro ſeparari poteſt: nã etiã ſi ambo in olla in furno candeãt, ſemper tamẽ vitro fuſo innatat, atque ita cãdens infuſus quaſcunque recipit formas, quẽadmodũ cera: Nã ſi eũ in ſculptã aliquã formã iniicias, eam induet refrigeratus. Galli meritò ſua lingua latinã appellationẽ ſequuti, ſuin de voirre vocãt, tanquã axungiã vitri dicãt. Syluaticus author axungiã vitri vocauit, vt etiã Nicolaus præpoſitus. Extant etiam ſcriptores claſſici, qui chimiſtarum ſalem nuncupent.

Cineres herbæ kali.

Soda ſeu Solda.

Anthyllis.

Lapides ex Ticino.

Vitri chryſtalini.

Anthillis.

Catina ex Taſconio.

Fucus mulierum. Venetarum.

Florem Chryſtali quid vocent.

Suin de voirre.

LIBRI TERTII FINIS.

INDEX RERVM INSIGNIORVM QVAE marginibus foliorum operis huius adscriptæ sunt.

A

ADriani moles folio 11.
Aduenæ alũtur in Xenodochiis Turcarum. 14
Aegyptius Colossus. 2
Aegyptij sua monumenta ædito loco statuebant. 5
Aegyptij de resurrectione piè sentiebant, & cur Aegyptij corpora condirent. 1
Aegyptiorum olim mos fuit mortuos lugere. 38
Aegyptiorum sepulturæ. 23
Aethiopum funera condiri solita. 28
Aethiopicus lapis Basaltes. 5
Agyrtarum impostura. 47
Alueola. 17
Amarantho sepulchra coronari solere. 13
Amphiteatrum antiquissimum Ocricoli. 14
Androsphinx. 2
Annus mundanus. 1
Antiquis rufum tantum & nigrum Naphticum oleum agnitum. 45
Apolloniatarum ager. 43
Aqua putei ex qua salem ex coquunt. 45
Aqua quæ cum Naphta scaturit salsa est. 45
Arabes authores immerito à multis accusantur. 34
Arabes Mumiam describẽtes Pissasphaltum intelligunt. 35
Arabes Medicinam excoluerunt. 35
Arabes magno Græcarum literarum aceruo minimè corripiendi 35
Arbores tumulis inserere Plato per leges concessit. 18
Arbores in cœmiteriis conserere antiquum est. 18
Aramontius Regis legatus. 15
Arca marmorea in Pyramidis amplissimæ centro. 4
Arcus triumphales Cæsareæ Vrbis. 16
Arenosum mare. 30
Arx S. Angeli. 11
Asii lapidis flore pro Nitro vtũtur. 48
Aspalatus. 41
Asphaltum. 42
Aspaltonos carere. 41
Assa. 35
Aurata pila in apice obelisci. 8

B

BAbilon & Is. 41
Benedictus Badiolus. 25
Bitumen quid. 44
Bitumen durum & liquidũ. 41
Bituminis notæ. 41
Bituminis Colamen. 43

Brachmanes viuos cremari se iubent. 38
Brutorum corpora condiri solita. 26
Busta. 17

C

Cadauerum conditura. 23
Cadauera dari in pignus creditori. 23
Cœmiteria varia diuersarum religionum in Turcia. 14
Cæsarea è regione montis Libani. 10
Camelorum cœmiterium. 33
Campi Esquilini concamerationes. 18
Caro in Cedria incoqui potest.
Cedrelæon. 40
Caualla. 16
Cauo delbo. 11
C. Cestij Pyramis. 6
Cedrea. 25
Cedriæ vires. 39
Cedria à Serapione scripta. 35
Cedria ex Cupresso & Butela. 39
Cedria fit è Tæda. 39
Cedria accẽsa in Lucernis capitis dolorem infert. 40
Cedria vbi ematur. 40
Cedriam Galenus variè nominat. 40
Cedriæ vis. 25
Cedri liquore corpora brutorum seruãtur. 26
Ceraunij montes. 43
Challastrea. 15
Chimera. 3
Cleopantus à rogo seruauit funus. 28
Cinerarij. 12
Colla qua Cortinas salinarum ferrimanant. 45
Colossus ingens. 2
Colossus Rhodius. 2
Conditũ cadauer in Galliæ vrbe nuper repertum. 30
Conditum funus particeps virium nitri & Cedriæ. 25
Condituram funerum falsò Mumiam vocant. 20
Conditorium pro sepulchro. 27
Conditoria. 17
Condituram corporum Græci non ignorauerunt. 21
Corpora non cuiuis tradebantur condienda. 26
Corpora in cõditorio Salustianorũ. 27
Corpora ab alto cadẽtia hoc funere iuuantur. 34
Credunt se surrecturos Turcæ. 14
Crematorum ossa à Romanis in vrnis asseruari solita. 18
Cremandorum corporũ institutum. 17
Creticus Labyrinthus. 10
Cretici Labyrinthi vt nunc ostenditur descriptio. 10
Cretenses ad Dicteum mõtem picem coquunt. 40
Crocodilus sale etiam condiebatur. 26
Crocodilea. 6
Cur petroleum vulgo Naphta dicatur. 45
Cryptæ. 17

D

DA Fumet Henrici Regis olim ad Sultanum legatus. 30

Descriptio vrbis Bucephalæ. 16
De Prusia vrbe. 13
Democritus præcessit Epicurum. 24
Dioscoridis verba de medicato funere. 25
Drusi. Germanici moles. 11

E

EMissa. 15
Epitymbia Venus. 17
Eraphij obeliscus. 7
Errores ab Arabum interpretibus cõmissi. 21
Ex Iunipero Cedriam fieri. 39
Ex cedro primũ deinceps ex myrrha ac Cinamomo corpora condiuntur. 23
Experimentum olei Maphtici ignis rapacissimi. 46

F

FActitius lapis. 9
Fœminarum funera. 26
Feles condiebantur. 26
Flumen Liparis. 47
Fontes Bituminosi. 47
Franciscus Rex medicatum funus in Balteo gestabat. 34
Funus mulierum Turcarum. 6
Funeris conditi vsum non esse abdicandum. 25
Funera Turcarum quomodo habeant. 13
Fusilis lapis. 9

H

HAlis. 45
Hannibalis sepulchrum. 15
Hebræos quoque sua corpora condiuisse. 27
Heraclitisententia. 1
Herodotus vixit post Democritũ. 24
Herodoti de seruato funere sententia. 21
Hircani mortuos canibus vorandos obiiciebant. 12
Homo de futuro cogitat. 1
Homines immortales Aegyptij asseruerunt. 1
Humare. 17
Hyperboreorum sepultura. 13
Hypogea. 17

I

IConium. 15
Icrium surrectum lignum est. 12
Impostura in oleo Naphticc. 47
Impostura in nitro facta. 48
In funeralibus tibia concinni mos fuit. 38
Interitus militum Cambysis in arena. 31
Incolæ ad Idam Troadis picem & Cedriam excoquunt. 40
Inscriptio Græca in sepulchro Caij Iulij in Emissa 15
Incondita funera. 17
Iudaicum bitumen. 41
Iudæi ossa suorum maiorum asseruant & Ierosolyma ferunt. 27
Iudæos in condiendis funeribus Asphalto vti. 22
Italicus Labyrinthus. 10
Iter à Philippis ad Bucephalam. 15

L

Labyrinthus Aegyptius. 10
Labyrinthi Italici descriptio. 10
Labyrinthi Aegyptij descriptio. 10
Latinorum autorum nomina, qui de seruato funere scripserunt. 23
Laserpitium. 35
Lemnius Labyrinthus. 10
Liber de coniferis, in quo de Cedria. 39
Libytina sepulchrorum præses. 17
Libyssa. 15
Libitinensis porta. 17
Libitinam vitare. 17
Liquidum bitumen. 42
Liquidum bitumen in regno Neapolitano. 41
Locumenta ossium in via Appia. 18
Loculamenta. 17
Luctus Persarum. 38
Lycus amnis. 14

M

Mandrachion. 16
Maronis de comburiendis corporibus carmina. 18
Marmoreorum sepulchrorum ruinæ circa Philippos. 15
Marmorea antiqua sepulchra Troadis. 15
Mausoleum. 10
Medeæ oleum idem est quod Naphta. 47
Medicatum funus. 22
Medicatum corpus. Mumia. 20
Mentitus obeliscus. 9
Mentiti illi Aegyptiâ Bulgaris oriundi. 37
Mespheis obeliſci. 7
Metaria. 10
Mitres Obeliscus vnus. 7
Modus decaputandi Naphtam. 45
Modus mortuos flendi. 36
Monumẽtũ pro sepulchro vsurpari. 14
Mons ex compactissimo lapide constans sine venis. 9
Mortuos cremare impium. 1
Mortui arte medicati. 24
Mulieres quæstum eiulatione faciũt. 37
Mulierum Græcarum eiulatio. 37
Mumia vulgaris amara non sentitur. 27
Mumia. 42
Mumiæ vulgaris definitio. 27
Mumiam falso dicimus ideo cadauer conditum appellandum. 24
Murus supra Bucephalam. 16
Myrrhaceum quo reges Scytharum vtebantur. 29
Myrrhaceum. 29
Myrrhacei compositio. 29

N

Naphta nigra. 45
Naphta quæ ex salsa petitur. 44
Naphta in officinis simplex vendi nõ solet. 44
Naphta Bitumini congener. 42
Naphta Italica. 43
Naphta in Ecbatanis.
Naphta triplicẽ habet differentiã. 44
Naphta alba partium subtiliorum quã nigra vel rufa. 46

Naphta bulgarina, oleum bulgarum. 47
Naphtæ electio. 44
Naphtæ rufæ scaturigo. 44
Naphtam referre. 44
Nemo in Aegypto sepultura carebat. 26
Nectabis obeliscus. 7
Neocæsarea. 14
Neoterici authores Mumiam scribere volentes de seruato funere loquuntur. 33
Neoterici cuiusdam cõsilium improbatur. 27
Neuterici seruati corporis vires agnoscunt. 25
Nitrum arte fieri posse. 48
Nitrum fieri posse ex simplici aqua. 48
Nitrum corpora seruat. 48
Nitrum male in natiuum & artificiale distinguimus. 48
Nitri nunc in Europa penuria est. 48
Nitri dotes. 48
Non vna est corporis conditi appellatio. 23
Non omnis Cedrus pinguis est. 39
Notarum quæ in seruato cadauere cõperiuntur obseruatio. 31
Nusquã naphta sine aqua scaturit. 45

O

OBeliscis bracheis aureis contectus. 9
Obeliscus Pheronis. 8
Obeliscus Constantinopolitanus. 9
Obeliscus excelsissimus circa Memphim. 9
Obeliscus Prognomine. 7
Obeliscus Semyramidis. 8
Obeliscos à figura veru dictos obelos. 8
Obeliscorum crepidines in quadriuiis. 8
Obelisco nihil antiquius. 6
Obelisci duo in procinctu mœnium Alexandriæ. 8
Obelisci Pyramides magnificentia superant. 7
Obelisci sepulchri causa excisi sunt. 7
Obelisci ex excisi. 7
Obelisci Romam acersiti. 7
Oricolanorum monumenta. 14
Oleum de Cade. 39
Oleum cedrinum. 40
Omnis gens sepulchrorum rationẽ habet. 12
Omnium religionum viri in Xenodochiis Turcarum aluntur. 17
Origo Mumiæ falsõ ex arenis credita. 31
Orientalium populorum doctores. 1
Ossium compages carnibus immunem à Galeno visam. 32

P

PAtrum Abrahami & Iacobi sepulchra. 15
Pegola secca. 42
Pegolotti qui vocentur. 42
Permulta absurda in vulgari Mumia nomenclatura. 30
Persarum sepulchra. 14
Persæ ignem deum arbitrantur. 22
Picea feralis arbor. 18

Piſſelæon. 40
Piſſaſphaltum quid. 41
Piſſaſphaltum cũ bitumine confundi ſolet. 41
Piſſaſphaltum. 42
Piſſaſphaltum non eſſe aliquid compoſitum. 43
Piſſaſphaltum rem eſſe foſſilem. 42
Pincerna aulicos optimates cum vino & ſeruato funere comitatur. 34
Pix vnde fiat. 39
Platanus funebris. 18
Platonis de ſepulchris lex. 13
Plinius Democriti ſententiã irriſit. 24
Plures Aſphalti natales. 41
Pothos quid. 13
Præſepium Bucephali. 15
Priſca ætas defuncta corpora condiebat. 20
Proteſilai & Achillis ſepulchrum in tumulos. 11
Pruſias vrbs Regum olim Bithyniæ ſedes. 13
Purificationes fiunt in igne. 18
Puteus in ampliſsima Pyramide. 4
Putrida ſtatim fiunt corpora quæ à frigore congelantur. 32
Pyropœcilon lapis. 7
Pyramis altera æditiori loco ſita. 5
Pyramis Romana Aegyptiis diſſimilis. 6
Pyramidis deſcriptio. 4
Pyramis ampliſsima intus cõcaua eſt. 4
Pyramis tertia cæteris ſpectatior. 5
Pyramis exigua in Viennenſi agro. 6
Pyramidis admiranda compages. 3
Pyramides quas põtifices deleuerũt. 6
Pyramides longè à mari abſunt. 5
Pyramides tres tantum excelſi. 5
Pyramidum extructarum cauſæ. 3
Pyramidum exciſarum cauſa. 1
Pyramidum numerus penè infinitus. 6
Pyramidum baſis quadrangula. 4

Q

Quantitas olei Naphtici, quæ ex puteo exhauritur. 46
Qui malè vixiſſent, ſepulchro priuabantur. 23
Quid ad Bucephalam cerni poteſt. 16
Quid Mumia ſit, explicatur. 35
Quid medici autores de ſeruato funere retulerint. 25
Quintiliani de eiulatione Romanorũ verba. 37
Quare cadauera olim extra vrbes ſepelirentur. 13
Quare corpora cremebantur. 18
Quæuis Picea Cedriam non facit. 39
Quærit rationem Plinius cur Labyrinthi facti ſint. 9
Quæſtuaria compoſitio ad naues illinendas. 43
Quomodo eligendum eſt ſincerum funus. 34
Quomodo Saxones bitumen coquant. 42

R

Ramiſis obeliſci duo. 7
Recens bitumen corpora conſeruat. 28

Reconditoria. 17
Ritran. 40
Ritus ſepeliendorum corporum varius. 30
Romani principes Aegyptiorum æmuli. 1

S

Salpetræ nitrũ perperam dicimus. 48
Salis excoquendi modus. 45
Salitores qui dicantur. 22
Saronum marmor. 9
Scaturigo Naphtici apud Perſas. 46
Scaturigo Naphtici olei apud Meianam. 46
Scheleta proſtratorũ militum ad Bononiam. 33
Scytas mortuos vorare ſolitos. 12
Semnoſertei obeliſcus. 7
Secunda conditura. 22
Senſuum arx caput. 12
Sepelire. 17
Sepulchrorum ianitores. 17
Sepulchro indigni. 17
Sepulchrorum marmoreorum inſcriptiones Latinæ. 16
Sepulchrum quid. 17
Sepulchrum Bucephali Alexandri equi. 16
Sepulchrorum Diodoro tres differentiæ. 22
Sepulchra religioni dicata. 11
Sepulturæ Turcarum. 13
Sepulchra proſacro habita. 12
Serbin. 40
Seruati corporis vis & natura. 25
Seſoſtridis obeliſcus. 7
Seueri opus magnificum. 11
Silphium. 35
Smarræ obeliſcus. 7
Socrates vixit tempore Democriti. 24
Sphinx. 2
Sphinges inſignes in Regia Fontanæblæi. 3
Sphingis animalis nunquam meminit Ariſtoteles. 3
Sphingibus Romæ nihil antiquius cerni. 3
Sphinx fabuloſum. 3
Stelliones. 6
Stirpes enatæ in Pyramide Romana. 6
Strabonis de ſeruato funere ſententia. 28
Stochis obeliſci quatuor. 7
Succinum arboris gummi eſſe. 47
Suppellectilia in ſeruatorum corporũ ventribus reperta. 25
Superſtites obeliſci Romæ. 8
Syenites lapis. 7
Syriæ ſepulchra. 13

T

Tacum lues eſt pecori noxia. 41
Taſſus inſula. 16
Taxus funebris. 18
Tentyritæ. 26
Aegyptus feris non eſt frequens. 26
Tertia conditura. 22
Thaſium marmor albiſsimum. 6
Thebaicus lapis. 7
Thracum tumuli. 11
Trabes lapideæ. 7
Tranſiti ſiue à frigore congelati. 32

Trilateralis obeliſcus. 9
Trifolium Aſphaltites. 42
Triplex herodoto condiendi corpora modus. 21
Trophea ad inſtar Pyramidis erigebantur. 6
Troadis thermæ. 15
Tumuli cum Pyramide collatio. 11
Tumuli regum Thraciæ excelſi. 11
Turcæ naues egreſſuras luſtrant. 40
Turcarum ſepulchra. 13

V

VAlerius Cordus ſingularis doctrinæ iuuenis fuit. 36
Valerij Cordi de ſeruato funere ſententia. 27
Variæ Neotericorum de ſeruando funere ſententiæ. 27
Variis modis cadauera cõdiri ſolita. 25
Ventus Septentrionalis in Aegypto humidiſſimus. 5
Veſpertiliones in ampliſſima Pyramide. 5
Veſpertiliones in Pſeudo Labyrintho 10
Vim medicati funeris omnes agnoſcunt. 34
Virgilij acus. 8
Viri funera non lugent. 36
Vitrum foſsile eſt idem quod lapis ſpecularis. 28
Vnde Charontis fabula manauit. 23
Vnde error manauit quod nos ſeruatũ corpus Mumiam vocemus. 35
Vſus funeris ſeruati apud Gallos maximus. 34
Vulcani coloſſus. 3

FINIS INDICIS.

P. BELLONII CENOMANI

DE ARBORIBVS CONIFERIS, RESINIFERIS, ALIIS quoque nonnullis sempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus ad viuum expressis.

Item de melle cedrino, Cedria, Agarico, Resinis, & iis quæ ex coniferis proficiscuntur.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM Franciscum Oliuarium, Franciæ Cancellarium, virum amplissimum.

PARISIIS,

Apud Gulielmum Cauellat, in pingui Gallina, ex aduerso Collegij Cameracensis.

1553.

Cum Priuilegio Regis.

Priuilege du Roy.

HENRY *par la grace de Dieu Roy de France, au Preuost de Paris, Bailly de Rouen, Seneschal de Lyon, Grenoble, Toulouse, Bordeaulx, Poictou, Berry, Champaigne, iuge, d'Anjou & du Maine, & à tous noz autres iusticiers, officiers, ou à leurs lieutenans, & à chacun d'eulx si comme à luy appartiendra, salut.* Receue auons *l'humble supplication de Gilles Corrozet libraire de Paris, contenant que depuis aucun temps en ça il a recouuré par sa diligence deux liures nouuellement composez par Pierre Belon du Mans, l'vn intitulé* De admirabili operum antiquorum præstantia, &c. *L'autre,* De arboribus coniferis, & aliis perpetua fronde virentibus, &c. *Lesquelz il vouldroit voluntiers faire imprimer, vendre & distribuer, pour mettre en vente & lumiere. Mais il doubte que autres libraires & imprimeurs les vouluissent pareillement imprimer ou faire imprimer, & à ce moyen estre fruſtré de son labeur si par nous ne luy estoit sur ce pourueu. Parquoy nous voulans tous liures de bonnes lettres estre mis en lumiere à l'instruction de noz subiectz, inclinant liberallement à la supplication dudict Corrozet, ne voulant le merite de son labeur estre tolu, ne le recouurement de ses frais & mises estre empeschés. Pour ces causes auons de nostre grace speciale donné audict suppliant, priuilege, congé, licence, & permission d'imprimer ou faire imprimer, & mettre en vente lesdicts liures, auec inhibitions & defenses à tous libraires, imprimeurs & autres à qui il appartiendra, en noz pays, terres, & seigneuries, de non imprimer & mettre en vente lesdicts liures dessus mentionnez; sans le vouloir & consentement dudict suppliant, dedans le terme de six ans consecutifs, commençant au iour & date que lesdicts liures seront acheuez d'imprimer, sur grandes peines à nous à appliquer, & de confiscation desdicts liures, & d'amende arbitraire. De ce faire vous auons commandé, & à chascun de vous si comme à luy appartiendra, donné, & par ces presentes donnons plain pouuoir, commission & autorité, mandons & commandons à tous noz iusticiers, officiers & subiectz, que à vous en ce faisant soit obey. Car tel est nostre plaisir, nonobstant oppositions ou appellations quelconques, lesdictes inhibitions & defenses tenans.* Donné *à Paris le xxj. iour de Iuing, Lan de grace mil cinq cens cinquante trois. Et de nostre regne le septiesme.*

Par le Conseil. *Signé* Buyer.

Et seellé de cire iaulne.

ILLVSTRISSIMO VIRO D. FRANCISCO OLIVARIO GALliarum Cancellario, P. Bellonius Cenomanus S. P. D.

SAEPENVMERO quærenti mihi quonam pacto otii huius quod ad prosequenda literarum studia, munificentia tua ac liberalitate sum consequutus, rationem aliquam tibi redderem: fructúmque mearum commentationum nonnullum, in publicum sub tuo nomine proferrem: venit in mentem multum subuereri, ne ego non satis in literis excultus, tibi viro omnium bonarum artium ac disciplinarum scientia instructissimo satisfacere possem. Tua tamẽ illa mihi iampridem vniuersóque totius Galliæ populo abundè perspecta humanitas, propensaque tum in studia, tum in studiosos omnes voluntas fecit, vt omni metu valere iusso, aliquid eorum dehis que in mea illa diutina apud Orientales cæterósque Asiæ populos peregrinatione didiceram ac elucubraram, in tuum conspectum liberè proferre auderem. Quæ si fortè leuiora videbuntur, quàm vt ad tam grauem tantéque dignitatis virum, seriis in rebus semper occupatum, scribi de-

beant: hoc vnum tamen me ſpectaſſe noſtra Gallia ſciat, vt cum tot tantaque à te acceperim beneficia, aliquo me ſcripto gratum ac memorem præſtitiſſe videar. Ego itaque cum libellum de coniferis arboribus reſiniferíſque conſcripſiſſem, eum tuo nomini dicatum, in publicum prodire volui, quo te velut patrono liberius ſeſe omniũ oculis videndum præbeat, inuidorúmque morſus ac calumnias facilius fugiat. Quod etiam vt facerem eo ſum impulſus, quòd te arborum talium in Leonuillano tuo conſerendarum quàm ſtudioſiſsimum eſſe cognouerim: quas vndeuis locorum accerſitas, in tuis hortis eo ordine curaſti ponendas, vt iam hac re longè ſuperior Cyro Rege Perſarum euadas, qui eius rei ita percupidus fuit, vt ſe arbores, vt erant in quincuncem digeſtæ, conſeuiſſe gloriaretur. Ego cum verarum arborum tibi ſuppeditandarum copiam nullam haberem, cuperem tamen ad illud laudatiſsimum ſtudium tuum aliquid adferre, meo me officio functurum ſatis putaui, ſi cum arbores ipſas offerre non poſſem, earum ſaltem icones, ſiue ad viuum expreſſas effigies, cum earundem deſcriptionibus exhiberem: vt quemadmodum tu illarum, quas iam in hortis conſitas habes, vmbris ac virore, ſic harum conſpectu ac deſcriptione te oblectare poſsis. Non minus autem eas tibi gratas futuras ſpero, quàm ſi compilatis vndique exterarum ſeminariis, viuiradices ad hortum tuum exornandum contuliſſem. Cum tu (quo es animi candore) non id quod datur inſpicere, ſed dantis animum magis perpendere ſoleas. Hoc itaque qualecunque eſt grati mei erga te animi argumentum, æqui

boníque conſule. Quod quidem ſi tibi gratum eſſe ſenſero, & mihi ad cæterarum quoque arborum deſcriptionem, quam in manibus habeo, abſoluendam animum addideris, & ad alias lucubrationes, quas de plantarum cæterorumque ſimplicium medicamentorum in Dioſcoridem noſtro vulgari ſermone conſcripſi, ſub tuo nomine euulgandas paratiorem multò reddideris.

Vale.

IOANNIS DV FLOS ATTREBATIS, ad Lectorem Decaſtichon.

Grata Ioui Quercus priſcorum nempe virorum
Altrix, in magno laudis honore fuit.
Hic Veneris Myrtum viridem deſcripſit. At iſte
Phœbe tuam Laurum. Populus huic placuit.
Extulit hic Vitem Bacchi. Sacram alter Oliuam
Scripſit. Cæcropiæ munera pulchra deæ.
Atq; alij varias veluti natura ferebat:
Arboribus dotes quáſque dedere ſuis.
Neptuno Pinus ſacras, Bellonius, atque
Coniferas, noluit laude carere ſua.

sempiterna fronde virentium diuisio.

Vm arbores olim varia subministrarent commoda, summúmque id potissimùm, quod primum hominibus alimentum ante panis vsum suggererent, earũ vnamquámque meritò suis numinibus dicatam, in illorúmque tutela positam esse antiqui credideruut. Fecit autem vsus communis, vt exploratæ eorum differentiæ habeantur. Arborum autem naturam eò magis prisci mirabantur, quòd sexu eas quoque discretas ac distinctas illi cernerent, adeô vt nullo negotio mas à fœmina dignosci posset: earúmque differentias ita sedulò obseruarunt, vt alias dociles, alias indociles esse compererint: auguriis nonnullas ita destinarint, vt has fœlices, illas infœlices ac prodigiosas iudicarint: syluestres ab vrbanis discreuerint, eásque suis nominibus, quibus eas quoque nunc appellamus, donarint: vrbanas potiss. cum syluestrium plurimas nomine proprio carentes comperiamus. Nos in tanta arborum multitudine ac differentia, cùm id quod de earum historia ac natura certò comperimus describere vellemus, coniferas primùm hoc seorsim libro posuimus, quibus singularum icones subnectere studuimus, reliquas verò in aliud tempus enarrandas asseruamus. Rem itaque totam ita partiemur, vt hoc libro coniferas primùm, easdémque resiniferas, cuius generis, octo, Cedrus, Picea, Larix, Abies, Pinaster, Pinus, Sapinus, Cupressus numerantur, tradamus. Nam & si permultæ arbores nobis resinam fundant, quales Terebinthus, Lentiscus, Succinifera, & id genus aliæ: nonnullas ta-

men, quia coniferæ non sunt, in alium librum reiecimus, in quo de arboribus sempiterna fronde virentibus agemus, cùm hoc primo libro de coniferis tantùm scribere, & de iis quæ abiisdem arboribus petuntur paulò liberalius vt se res obtulit instituerimus. Proinde arbores quas sempiterna fronde virere cognouimus, sigillatim postea enumerabuntur. Eiusmodi autem sunt permulta Laurorum, Olearum, Myrtorúmque genera, Mala medica, Citria, Cappares arboreſcentes, Aquifolia, Acacia, Cassia fistularis, Palma, Sena, Thamarindus, Andrachne, Philica, Balsamum, Buxus, Esculus, Serrus, Ephedra, Erica & Phana, Cistus, Ledõ, Glãs vnguentaria, Hederæ, Halimus, Henna, Ilex, Coccus, Iuniperus maior & minor, Lentiscus, Licion, Lanigera arbor, Libanotis coronaria, Sebesten, Sycomorus, Thuia, Suber, Taxus, Siliqua, Nerion, Oenoplia, Polemonia, Persea, Genesta Arabica, Tragium, Acacia altera, Myrobalani, Saluiæ pomiferæ, Anapalla. Multas quidem alias à veteribus huius generis decantatas comperio, sed quum planè confessum sit quasdam etiam sua folia exuere, ideo eas subticebimus, quemadmodum & fruticum multa genera, cuiusmodi Ruscus, Hippoglossum, & alia id genus nominantur, Thymum verò & Tymbram, quia frutices sunt nostris hominibus planè incogniti, & qui se elatius in aerem efferunt his adiicere operæ precium facturos putauimus. Theophrastus verò qui singulas arbores perpetuò virentes studiosissimè quæsiuit, pauciores habet. Capite enim decimo quinto libri primi de Historia, vrbanas primùm Oleam, Palmam, Laurum, Myrtum, Pini quoddam genus, Cupressum: ex syluestribus Abietem, Piceam, Iuniperum, Taxum, Thuiam, Suberem, quam Arcades appellant Phellodryn, Philyram, Cedrum, Pinum, Myricam,

Buxum, Ilicem ſylueſtrem, Celaſtrum, Phylicam, Acutam ſpinam, Apharcam, Andrachnen, Arbutum, Terebinthum, Laurum ſylueſtrem nominauit. Harum nos omniũ ſigillatim propriis capitibus deſcriptionem dantes, Icones quoque adponemus.

IOANNIS DV FLOS ATTREBATIS, ad Petrum Bellonium Cenomanum Hendecaſyllaba.

Non eſt dicere quàm tuo labori
Debet Gallia tota: pernegare
Auſus qui fuerit, ſatis putabo
Hunc non (crede mihi) tenere mentis.
Nam tu parcere non tuo labori
Optas, ſcribere quem iuuat diſertè,
Lingua non modò Gallica, ſed ipſa
Romana, ſimili lepôre iuncto,
Quæ tot millia per periculorum
Externa in regione comperiſti.
Hinc magnum tibi nomen, & fauorem
Multorum aſſequeris virûm potentum,
Doctorum quoque quos lubens frequentas.
Cœpiſti pede quo tibi ſequenda
Hæc laus, quam nihil imperita turba,
Vel latum digitum, queat mouere.
Certus quòd nimios tuos labores
Grata poſteritas manu capeſſet.

SINGVLARVM RERVM QVAE *in hoc opere propriis capitibus describuntur, Elenchus.*

PRomiscua de arboribus coniferis disceptatio. Folio 1

Theophrasti & Plinii quæ de coniferis arboribus est in marem & fœminam diuisio. Fol. 2

De alta Cedro, minoribus Cedris, & Cedria. 3

De minoribus Cedris. 6

De Phenica Cedro, siue Punica. 7

De alia montis Gargani Phenica Cedro. 8

De Lycia Cedro, siue Retusa. eodem

Cedrinum siue aerium mel quid. eodem

Thuia arbor quid. 10

De Sabina vtraque. 12

De Cedria, Pissæleo, Cedræleo, & de aliis permultis rebus quæ ab iisdem arboribus proficiscuntur. 13

Nostram vulgarem Mumiam (quæ antiquorum medicatum cadauer est) ex Cedria potissimum fieri solere, priscorum autoritate confirmatur. 14

De pice liquida. 15

De Picea & pice dura. 16

De Pinu. 19

De Pinastro. 20

Tæda quid sit propriè explicatur. 22

De Larice. 23

De Agarico. 26

De Sapino. 27

De Abiete. 28

De Cupresso. 29

Resiniferarum ratio. 30

ANNOTATIONVM INSIGNIORVM quæ marginibus adſcriptæ, ſunt Index.

A

Abies. folio 1.3.16.20. 27.29
Abietis flos. 29
Abies fœmina. 27. & 28
Abydus. 14
Aegis. 3
Abiegnum oleum. 31
Agaricum. 25
Abies marina. 29
Agaricum rarum inuentu. 26
Agaricum fœmina. 26
Agaricum mas. 26
Agaricum autumnale. 26
Agaricum vix ſine noxa legitur. 26
Albi montes. 29
Aleuo. 2.21
Altera arbor vitæ. 13.21.
Alterius ſabinæ delineatio. 12
Amani & Olympi montiũ Cedrus. 12
Ambrunenſis manna. 9
Arbor vitæ in hortis diuæ mariæ Pariſiis. 13
Anguſti folia Myrtus. 8
Ariſtoteles de animalibus. 10
Arcentides. 8
Aues nucleorum pinaſtri voraces. 21
Auetum. 28

B

Betula cedriam facit. 13
Benacus lacus. 23
Brutia. 15
Brutes. 13
Brianſona manna 26
Bombicina manna. 10
Brianſona manna. 9
Bryon cedrinon. 5
Boſcas pix viſci modo lenta. 15

C

Candida reſina. 31
Cedrus Lycia. 11
Cedrus humilis. 11
Cedrelæon. 15
Cedrium. 13
Cedri Oleum. 14
Cedrides. 7.12
Cedria oſſa duriſſima ſubit. 14
Cedriam Galenus varie nominat. 15
Cedriam mortuorum vitam dicunt eſſe 15
Cedrus magna. 14.20
Cedria. 4.13.14
Chinna. 21
Citrium. 15
Claudius Cæſar. 13
Coni exiles piceæ. 18

Cortex piceæ, ſuberis vicem penſat. 18
Cortex pinaſtri corium refert. 20
Cogna vrbs. 12
Cedrides pro iuniperi maioris baccis vſæ. 8
Cedris. 7.9
Cedrulea baccifera. 6
Cedrula. 4
Celtis. 3
Coni Abietis. 1
Coni Cedri. 1
Coni Cedri. 5
Coni Cupreſſi. 1
Coni Laricis. 1
Coni Piceæ. 1
Coni Pinaſtri. 1
Coni Sapini. 1
Cotranum. 8
κονοειδῆ. 2
Cyprinon. 6
Calabrina manna. 9
Caryinum oleum. 15
Cedrus. 23
Cedrelate. 43
Cedrelæon. 7
Cedrus rimam non capit. 4
Cedrus ſimillima Abieti. 4
Cedrus vaſta. 3
Cedros ſupra niceam naſci. 5
Cedri Salomonis. 4
Cedri tubercula. 5
Cedria. 4
Cedrinum vinum. 6
Coronopus. 11
Conorum picee differentia. 17
Conus eſt pix liquida. 22
Coni pinaſtri. 21
Coni piceæ. 16
Cupreſſus. 25. & 29
Cupreſſina reſina. 15

D

Decade Serbin. 15
Dicteus mons. 15
Diphÿ. 1
Duas Reſinas in cedro. 5

E

Ex iunipero oleum fieri. 13
Eluo. 2

F

Ficus. 2
Folia Cedri. 5
Fructus Cedri. 7
Fructus Iuniperi. 7
Ficus. 23
Folia piceæ. 17
Fontanæblæi Pinaſter. 21

G

Garipotum. 31
Genus pinearum tarentinum. 21.
Gallia coniferarum arborum ferax. 2.
Græcia pauciores arbores quam noſtra regio agnoſcit. 1
Granata manna. 9
Granulata manna. 10
Gummi Cedri. 7
Glanis. 13
Gummi quid. 32

H

Hellespontus. 14
Hyena. 13
Hastula Conorum Cedri. 5
Hippocrates cous. 8
Hippoglossum. 4

I

Iconium. 12
Ida Troadis. 15.17
Iuli piceæ. 17
Ida Creta. 29.17
Idea. 2
Idea Picea. 2
Iouem melle pluere. 9
Inniperi baccæ. 8
Idei Tedarij. 23
Imbecilla flamma grandi trabi non nocet 24
Indica pix Asiæ, ex Ida mõte Troadis. 16

K

Katranum. 13. & 14
Kitran. 14

L

Largatum. 31
Larix. 19.20.23
Larix folio deciduo. 24
Larix circa Eni pontem vulgaris. 24
Larix multa pharmaca promit. eod.
Lariciam apud Virgilium pro Naricia lege. 16
Lapatum acutum. 4
Larici folia decidunt. 1
Larix. 5
Larix. 1
Larix. 3
Larix. 1
Latifolia Myrtus. 8
Laurus Alexandrina. 4
Leuci montes. 29
Libanus & Leuci montes ab albedine niuis dicti. 4
Libani. 4
Ligni cedri bracteæ. 5
Lotus arbor. 5
Lusson. 3
Lycia cedrus. 6
Lycia cedrus. 8
Lycia cedrus. 7
Lignum vitæ. 21
Liquor melleus Laricis. 25
Lissa Illyriæ. 17.
Locus apud Theophrastum quo Cæsaris de Larice dictum deprehenditur. 25

M

Maturum Mastiche. 30
Agaricum. 26
Manna. 8
Manna apud nos Laricibus insidet. 9
Manna intra annos deterior euadit. eodem.
Manna Libani montis. 10
Manna quodammodo melli adsimilis. eodem
Maritima picea. 2
Mastichina. 9
Mastichina manna. 10
Materies cedri æterna. 4
Mel cedrinum liquidum. 9

Mel Cedrinum aridum. 9
Mel cedrinum. 8
Mel è rore venit, non autem è floribus. 10
Mel non faciunt apes. 10
Mel syderum saliua. 10
Meleſa. 2
Minores cedri. 6
Monophÿ. 1
Mons Gargani. 8
Mons Libani. 4
Morueinc. 8
Mons ater. 10
Meleſa. 24
Mons Tarare. 16
Mumia vulgaris. 13. 14
Myſia. 12

O

Oleoſa reſina. 30.31
Oleum de cadeh. 15
Oleum cedrinum. 15
Oleum Iuniperinum. 15
Oxycedrus. 7
Cedrum Arcadiæ. 5
Oxycedrus Lycia ſiue Retuſa cedrus. 7

P

Palimpiſſa. 15
πεύκος. 16
Picea planiciei. 16
Phenica ſeu punica cedrus. 6. 7
Picea in iugo montis Olympi. 17
Picea montana. 16
Picea feralis arbor. 19
Picea Tæda. 26
Picea mas. 18
Picea fœmina. 18
Picea dictei montis. 17
Picea corcyrenſis. 17
Picea. 20.23.27
Piceārum erucæ. 18
Picem ex Picea fieri. 17
Pierica pix. 16
Pinaſter. 20
Pinaſter in horto regis Fontanæblæi. 21
Pinaſter egregie viret. 21
Pinaſter. 16.23
Pinus ſyluestris. 22
Pinus ſatiua. 16.19.20
Pinus ſuæ ſpontis. 19.20.23
Pini caudices in tubos cauantur. 19.
Piſſæleon. 15
Pithio camparum deſcriptio. 18
Pityine. 16
πίτυς. 16.19
Pix liquida. 13.14.15
Pix macedonica. 16
Pix ſpiſſa. 15
Prima ſabina. 12
Prutia pix. 13
Quomodo Cretenſes picem coquant. 17
Picea duplex. 1
Picea ſterilis. 2
Picea mas. 2
Picea fœmina. 2
Picea. 3
Piceam Vrbanam ſyluestrem & ſterilem. 2
Piceaſter. 3.

Pinaſter. 3
Pinaſter. 1
Pinaſter. 2
Pinus. 3
Pinus. 1
Punica cedrus. 7

Q

Quid Galenus de Manna. 10
Quid Pinus à Picea diſtet. 2

R

Rabulana pix. 16
Radix piceæ. 17
Reſina cedri. 5
Reſina olens fraga. 5
Reſina oleoſa. 5
Reſina liquida. 31
Reſina piceæ. 16.31
Reſina quid. 30
Reſiniferæ arbores quæ. 30
Ribes herba. 4
Ros Libani. 9
Ruſcus. 4

S

Sabina ſatiua. 12
Sabina ſilueſtris. 16
Sabina altera ad teſtudines expetita. 12
Sabina altera. 8
Sabinæ alterius materies. 12
Sandalum. 6
Sandalum malè pro cedro ſuſtituunt. 6
Sandaracha. 8
Sap. 28
Sapinus. 2
Sap. 27
Sapinum. 27
Sapineum. 27
Sapinus. 27
Sapinus. 1
Sapinus. 3
Sapinus. 28
Sapinus. 20
Sapin. 27
Sapin. 22.& 28
Saſaparilla. 21
Scalferoni ſunt ferrei vngues. 26
Schiros. 17.32
Selago. 11
Semper viuum magnum. 21
Septica medicamenta. 14
Seſtus opidum. 14
Silueſtris Cupreſſus craſsior ſatiua. 12
Silueſtris picea. 2
Spagas. 16.30.& 32
Spica celtica. 21.4.
Strobilina. 30
Suiffe. 2.27
Suſterna. 28
Syccæ. 23

T

Tacum lues pecoris. 15
Tac. 15
Tamariſcus. 8
Taxus. 12
Tæda. 2.16.22.31.
Tæda poetis & Virgilio celebris. 23
Tæda picem liquidam & duram facit. 13
Tedarij Cretenſes. 17

Thus. 30
Terebinthina. 5.30
Tereniabin. 9
Theophraſtus de plantis. 10
Theriaca cedrum admittit. 6
Thuris farina. 8
Thuya croco precium auxit. 11
Thuya 23.8.11
Thuya peregrina arbor. 11
Thuyæ materies perpetua. 11
θυία. 11
θύα. 11
Tibulus arbor conifera. 22.3.31
Triphij. 1
Tria picearum à Theophraſto diſcri-
mina aſſignantur. 2

V

Valerius cordus. 10
Vallaricæ. 23.26
Venenum in pinorum erucis. 18
Vergue. 2
Vernicis deſcriptio. 32
Vermes enatos in conis cedri. 5
Vernix liquida. 31
Vernix. 8
Vernum Agaricum. 26
Vnguentum cedrinum. 7
Vrbana picea. 2
Vtres Cedria plenas. 14

FINIS INDICIS.

Errata.

Folio quarto, pagina altera, pro Vix, lege nix hoc modo, in quo nix toto fere anno apparet, paulo poſt, pro in Vinoſis tractibus naſci: lege niuoſis.

PETRI BELLONII CENOMANI, DE ARBORIBVS coniferis, reſiniferis, aliiſque nonnullis ſempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus ad viuum expreſsis,

Liber Primus.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM, D. *Franciſcum Oliuarium, Franciæ Cancellarium.*

Promiſcua de arboribus coniferis diſceptatio.

PErmultas arbores coniferas Græciam deſiderare, quibus tamen vel noſtræ Galliæ mõtes ſcatent, paulò pluribus infra indicabimus. Coniferæ autem omnes ſemine lætiſſimè quidem proueniunt: ſed nec auulſione, nec ſurculo, nec propagine naſcuntur, neque ſtolones faciunt, neque alios nouere natales. Idcirco cùm arbores quæ toto ſuo habitu, (vt Theophraſtus ſcribit,) ſicciores ſint cuiuſmodi ſunt quæ Monophÿ, Diphÿ, & Triphÿ dicuntur, ſolo ſaltem ſemine prouenire poſſunt, niſi à ſua degenerent natura, quales Cupreſſos in Creta iuxta Taram, multíſque aliis in locis ab imis radicibus ſtolonibus repullulare atque altos ramos promere vidimus, ideo coniferæ neque ſurculo naſci, neque auulſione propagari poſſunt. Tametſi ſingularum icones apponere decreuerim, & deſcriptionibus perſequi, volui tamen promiſcuam diſceptationem à me obſeruatam prius veluti præludio inſerire, quàm vt ad ea quæ ab antiquis autoribus dicta ſunt accederem.

Græcia pauciores arbores quàm noſtra regio agnoſcit.

Monophij Diphij. Triphij.

Piceam populatim in duplici discrimine etiam in Græcia nascentem vidimus, quibus nostra Gallia minimè caret. Vtraque solo fructu seu cono discernitur. Ea autem quæ in altissimis montium cacuminibus niue obrutis nascitur, minor & pumila esse solet. Alterius item duo assignantur vestigia summa. Nam ea quæ in aprico campestri & tepido loco emicat, longiori cono & grandiori, semine constat contrà quàm altera graciliori. Abietem, Pinũ & Piceam in Græcia affatim nasci, conspicati sumus, sed prorsus Larice, Pinastro, & Sapino caret. Omnes quotquot sunt resiniferæ arbores etiam à longè solo intuitu nullo negotio discernuntur. Siquidem quẽadmodum Pinaster reliquis lætius viret, nec temerè alibi syluestris nascitur, quàm in supremis montium cacuminibus, in Pyramidisque modũ turbinatur, ideo à reliquis hac nota ab vna conualle facilè coarguitur. Desinit in mucronem: nam rami mox ab imo in gyrum crassiori compage spissantur. Larix serò folia recipit, cui vni ex his folia decidunt. Larici etiam situs est in montium iugis. Sed Sapinus, Picea & Abies sese in superciliis mõtium propagant. Abies præ cæteris odit frigora, cacumina tamen montis non respuit. Abies cuiuscunque generis sit, Syluestri vel culto loco nata fabulum diligit, aut solum macrum. Picea in saxis liberius nascitur. Est & aliqua in conis harum differentia. Abies nempe inter omnes resiniferas (Cedro dempta) sola fructũ fert versus cœlum erectũ, qui in extremis ramis exoriuntur vt Sapino. Citò post maturitatem desquamãtur, decidunt enim squamæ relicta tantummodo recta hastula. Sapinus contrà pendulos fert conos, oblongos, teretes, terram versus spectantes, qui suæ arbori firmissimo hæsu conuectuntur. Hos ambæ teretes habent squamis gracilibus compactiles. Pinastro autem coni turbinati sunt molles, rubicundi, qui sapore gratissimo, (qui in grauis interioribus inesse comperitur) ab indigenis valde cõmendãtur: Vnde ab iis diligenter & leguntur & asseruantur. Piceæ autem fortiter caudici hærent, Laricis quidem maiores, cæteris autem omnibus aliis minores: nam in Larice coni sunt cupressinarum pillularũ magnitudine. Est (vt dixi) in omnibus resiniferis hæc differentia cognita, vt etiam à longe dignoscantur ac iudicentur: nam qui circa eas versari soliti sunt, ex ramorum serie caudicum colore & ordine, asperitate vel leuitate, foliorum textura, primo aspectu arborẽ agnoscunt: quod nobis in monte Tauro & Libano accidit. Nam Cedrelatem à piceis & abietibus eminus dignoscebamus. Larix verò folio est Cedrelatæ tam simili, vt me etiamum fefellerit. Atquidẽ dilutus vir or in larice conspicitur, qui statim eam coarguit. Picea inter reliqua genera non est ab imo ramosa, sed vt pinus in vertice diffusa atque multis anfractibus

Abies. Pinus. Larix. Pinaster. Sapinus.

Coni Abietis. Coni Cedri. Coni Sapini.

Coni Pinastri.

Coni Piceæ. Coni Laricis. Coni Cupressi.

Larix. Picea.

ſinuoſa. Pinaſter conoidalem refert effigiem. Nomine omnes à noſtris incolis proprio cognominantur. Pinaſtrum enim Aleuo vel Eluo vocant. Sapinum gallico vocabulo Suiſſam dicunt, Laricem verò Meleſſam, Abietem autem nunc du Sap, *nunc* du Vergue, *nunc* Sapin, *piceã* du Pigné *appellant. Reſiniferarum omnium coni poſt vuam maturari incipiunt. Itaque maturandũ eſt ei qui Abietis conos integros cupit legere: nam ſtatim initio hyemis decidunt. Pinaſtri verò coni iam ſtatim circa Cal. Auguſti ad maturitatem perducuntur, perdurantque in arbore ferè vſque ad finem menſis, Eorum craſsitudo eſt ad pugni magnitudinem. Ne vero ab antiquorum autoritate diſcedere videamur, noſtram ſententiam ex Theophraſti & Plinij de Coniferis arboribus diſceptatione roborare volentibus ea adiicere viſum eſt quæ iam ab ipſis de hac re dicta ſunt.*

Pinaſter. Aleuo. Eluo. Suiſſa. Meleſa. Sap. Vergue. Sapin.

Theophraſti & Plinii, quæ de coniferis arboribus eſt in marem & fœminam, diuiſio.

Galliæ montes coniferarum arborum multò magis quàm Græciæ feraciores percepimus. Siquidem præter Pinaſtrum, Pinum, Piceam, & Abietem Græcia coniferam arborem nullam producit. Quod autem ita res habeat, præterquàm quod ipſi quæſiuimus, plures etiam Theophraſtus non enumerat. Etiamſi centies Pinaſtrum & Laricem ab interprete apud eum additam legas cùm tamen ille nuſquam vtriuſque meminerit. Coniferarum autem nomine ſeu reſiniferarũ, eas arbores (Theophraſti in morem) intelligo quæ à Græcis κουκοφόρα nuncupantur. De quibus antequam aliquid explicem, ea veluti præludio apponenda viſa ſunt: de quibus Theophraſtus libro tertio de hiſtoria cap. 10. & aliis locis ſparſim meminit. Hoc tamen primùm animaduertendum eſſe duxi, quod in dictionum πίτυς & πίτυς interpretatione, viri etiam doctiſſimi hallucinati ſunt quapropter cùm ea quæ à Theophraſto vbi de Coniferis arboribus diſſerit recenſerem, verba græca inſcribere opere præcium eſſe putaui, quæ ita habent πίτυς γαρ᾽ τό μὲν ἥμερον ποιοῦσι, τὸ δ᾽ ἄγριον, id eſt. Picearum (inquit) aliam vrbanam aliam ſylueſtrem aſsignant: addit præterea Sylueſtris binum ſtatuunt genus, quorum alterum ideam, alterum maritimam vocant. Harum rectior, celſior, materiæque craſsior Idea, folio tenuiori imbecillioríque maritima, & cortice leuiori, vtilíque ad coria, quo alteri minus. Nux maritimæ rotunda, breuíque dehiſcens Ideæ oblongior, viridis, minuſque hiſcens tanquam ſylueſtrior: li-

Gallia Coniferarum arborũ ferax.

κουκοφόρα Tria Piceārũ à Theophraſto diſcrimina aſsignãtur.

Vrbana Picea.
Sylueſtris Pic.
Idea Pi.
Maritima Pic.

gnum maritimæ ualidius: nam eas quoque terrenorum differentias sumi par
Idea. » est. Haud enim incognitæ sunt usus causa, Idea ramosior crassiórque stat, ut
» retulimus. Ad hæc picem ipsa omnino copiosius præbet. Pix nigrior, dulcior,
» tenuior odoratúque gratior sentitur, dum cruda est. Decocta verò deterior eua-
» dit, quoniam multum habeat serum. Sed quæ isti nominibus propriis distin-
» gunt, alij mare, fœminá que diuidere solent. Macedones verò etiã genus quod-
Picea sterilis. » dam Piceæ sterile dicunt, & marem breuiorem, folióque duriorem, fœminã
Picea mas- » proceriorem, foliis pinguem mollem procliuiorémque. Mari lignum circum-
» cincta medulla duram, & operi fabrili euersale, Fœminæ tractatu omnino
Picea fœmina. » facile atque mollius. Quod quidem omnium ferè marium fœminarúmque pu-
» blica differentia est, ut cæsores materiæ asseuerant. Quippe omnis mas securi
» breuior & contortior, operíque difficilior est: colore nigrior, fœmina procerior
Ægis q.d. » atque facilior. Quod autem Aegidem appellãt, picea fœmina gignit. Id autẽ
» est cor eius. In ueteribus maximè arboribus proueniens. Ratio quod ἀπευκόλιφα
Tæda. » minus piceosa, minúsque tædam ingerens, & leuior cursúque uenarum pro-
» bior est. Fit in arboribus magnis cùm prostratæ parte candida & circinante
» putruerint. His enim detractis medullæ relictæ securis adigitur. Est decolor
Ficum. » omnino neruóque tenui compacta quam Idei Tædarij ficum appellant. Quod
Tæda. » uerò pinis subnascitur, colore, tæda rubidius maribus potius inest, odoris gra-
» uissimi, nec tædam redolens, nec flagrans, sed ab igne dissiliens. Igitur genera
Piceam » Piceæ hæc assignant, urbanum atque syluestre. Syluestrísque marem & fœ-
urbanã, » minam ac tertiam sterilem. At Arcadiæ incolæ nec sterilem, nec urbanã Pi-
syluestré » num appellant, ἀλλὰ πίτυν φασίν, id est sed Pinum esse dicunt. Etenim cau-
& sterilé. » dicem euidentiorem esse Pinu, ut pote qui gracilitate non careat & operibus
» ipsam materiam ineptam. τὸ γὰρ τοῖς πεύκης Nam Piceæ materie, & crassior
» & lenior & excelsior est. Folia quoque, Piceæ multa, pinguia alta flexáque
» habere πλὴν δὲ πίτυν, καὶ πλὴν κωνοφόρον ταύτην, id est, Pinum autem etiam coni-
» ram ipsam pauca squalidiora horentioráque. Piceam autem euidentiorẽ: pau-
» cam enim atque amaram ut etiam coniferam. Pinum autẽ copiosam boníque
» odoris. Nascitur Pinus ἡ πίτυς in Arcadia pauca, sed circa Aelium agrum
Quid Pinus à Picea di- » multa. Igitur in genere toto discrepare uidentur ἡ δὲ πίτυς. Pinus uerò ea quo-
ffert. » que ratione distare à Picea uidetur, quod picea pinguior, folio tenuior, magni
» tudine minor, erectáq; minus assurgit. Præterea quod conũ minorẽ horridio-
» rẽq; nucleũ resina rosidiorẽ ferat. Ambabus folia capillata & materies cãdi-
Abies. » dior similiorq; Abieti, atque in totum minus ἄπευκα piceosa. Magnã & hãc
» ad Piceam differentiã habet. Picea enim adustis radicibus nunquã regermi-

nare, Pinum regerminare quidem affirmant, Vt in Lesbo accidit incenso monte Pirrheo, qui πιτυόεις, id est pinibus scatet. Morbū Piceis accidere talē Idei incolæ narrant. Cùm non solùm cor, sed etiam pars externa caudicis in Tædā transierit, tunc strangulari quodā modo, quod sponte accidit Vbertate arboris largissima, quoad quis cōiectare possit. Tæda enim in totū efficitur. Ergo hæc Piceæ quædam propria affectio est. Abies quædā mascula, quædā fœmina est. Distāt inter se foliis, mari enim acutiora, magísque pungentia flexaque magis. Quamobrem aspectu crispior tota arbor videtur. Quin & materia differūt. Nā fœminæ cādidior, mollior, operibusque facilior: atque totus caudex procerior. Mari autē variatior, latior, durior, medulla refertior, atque in totū aspectu deterior. Nuci maris pauci nuclei parte priore insunt, fœminæ nulli omnino Vt Macedones referūt, foliū pinnatū atque in angustius tendēs, Vt tota arboris species cōcameratū quoddā opus imitetur. Similéque potissimo Cyatis Bœotorum appareat, dēnsum adeo est, Vt nec niuē nec imbrē transmittat. In summa arbos forma decora est, quippe germinatio quædā peculiaris nunc præter alias agitur (Vt retulimus) solaque ordinē seruat. Est magnitudine excelsa, longéque Pino procerior. Distat etiā ligno nō paulū. Nā Abieti neruosum, molle, lenéque. Piceæ autē tædaceum, pōderosum atque carnosius. Nodi plures Piceæ, sed duriores abieti. Quin & reliquis omnibus ferè duriores, quanquā mollius lignū est. In summa nodi densissimi, solidissimi patētioréque Abieti, atque Piceæ, coloréque tædæ proximi, & maximè sui generis, piceaque magis quàm abieti. Habet Vt Picea Aegidam. Ita Abies album dictum Lusson veluti Aegidi respondens, nisi quod id habet albū. Aegis verò gratius colorata est, quoniam tædam gerit. Spissum hoc, & candidū pulchrúmq; ex arboribus iā vetustioribus gignitur, sed frugi, inuētu rarū, vile copiosum. Faciūt ex eo tabellas pictorias atque codicillos plures, lautioréque & materiæ præstantiores. Arcades ambo Aegydam vocitant, tā Piceæ quàm Abietis, & copiosiorē esse Abietis volunt, sed meliorē Pini. Abietis enim totā cōmodam, leuē, spissamque, Piceæ verò exiguā & crispiorē, robustiorē, in totúmque meliorē. Sed hi inter se nomine dissentire videtur. Abies verò differētiis illis à Picea distinguitur ac etiā circum auctione siue agnatione quā superius diximus. Hæc ille. Eodem modo mihi etiam nunc quæ Plin. enumerat dicendum. Sex genera resiniferarum cognatarum arborum, inquit, in Europa feruntur. Hactenus. Magnus olim resinarum & picis in condiendis vinis vsus fuit, quem plerique etiam in Oriente in hunc vsque diem retinent. Ideo Plinius addit, Vt simul, inquit, tota condiendi vina origo cognoscatur. Tot autem ab eo enumerantur.

Abies mascula.
Abies fœmina.
Lusson. Ægis.
Abies.
Pinus. Abies. Pinaster. Piceaster.

Pinus, Abies, Pinaſter, Piceaſter, Sapinus, Picea, Tibulus, Larix, Tæda. Ego tamen Tædam eandem cum Picea eſſe poſtea indicabo, quanquam poſt Laricem, quam quinto generi ordine conſtituit, Tædam iterum ſexto generi in hunc modum adſcripſerit. Sextũ genus eſt Tæda propriè dicta, inquit, abundantior ſucco quàm reliqua, parcior, liquidiórque quàm Picea, flammis ac lumini etiam ſacrorum grata. Omnium ferè reſiniferarum materies accenſa, fuliginem multam, eámque nigerrimam eiaculatur, & carbones repente expuunt cum eruptionis crepitu, eiaculãtúrque; longè, inquit, excipiens Laricem, quam nec ardere, nec carbonem facere nec alio modo ignis vi conſumi poſſe quàm lapides putat. Sed nos de hac re poſtea fuſius. Piceaſtrum arborem in Hyſpania quoque naſci tradit, cuius reſina minimè laudata ſit, quòd amara & arida ac gratis etiam odoris percipiatur.

Sapinus. Picea. Tibulus. Larix. Tæda. Piceaſter.

De alta Cedro, minoribus Cedris & Cedria.

Cedrus vaſta.

Cedrorum cùm plures ſint ſpecies, varia eſt de eis apud authores ſententia. Alta Cedrus tam vaſtæ magnitudinis arbor eſt, vt nõ tantùm reſiniferas arbores coniferáſque excelſitudine excedere videatur, ſed etiam omnes alias quæ in orbe ſunt amplitudine vincat. Compoſitum eius nomen Græci ab Abiete & Cedro Cedrelaten vocauerunt. Elate enim Græcis idem eſt quod Abies. Cedrelates autem amplitudinem, quantam eſſe diximus, Veterum quoque autoritate docere poſſumus. Nam ſi ex ea reges Aegypti claſſes in Syria feciſſe conſueuerant, vt Herodotus primùm, deinde Theophraſtus & eum ſecutus Plinius ſcribunt, non oportuit pumilam fuiſſe arborem. Plinius enim lib. 16. cap. 39. hæc de Cedro magna habet. At in Aegypto ac Syria, inquit, Reges inopia abietis Cedro ad claſſes feruntur vſi. Maxima ea in Cypro traditur ad vndecimem Demetrij ſucciſam, triginta pedũ. Craſſitudinis verò ad trium hominum complexum. Theophraſtus eadem ferè verba in hunc modum habet. Materies autem vnaquæque pro loci natu a, inquit, ſuam obtinet differẽtiam. Nam alibi Celtis, alibi Cedrus miranda ſurgit, vt videre in Syria licet. Illic enim Cedri in montibus cum longitudine tum craſſitudine præſtantiſſimè exeunt: quippe adeo craſſeſcunt, vt ſint, quas vlnæ hominum quatuor nequeant amplecti. Addunt his ampliores pulchrioréſque comperiri in hortis. Quod ſi quis ſinat, nec cædat, mirum in modum quodque arborum genus, modo ſibi proprium habeat ſolum, excreſcere poſſe videtur. Itaque quod in Cypro reges cum ex imperitia, tum ex tranſuehendi difficultate, nunquam materiam cæciderunt, lon-

Cedrelate.

Cedrus ad claſſes.

Celtis. Cedrus.

gitudo iis quæ ad Vndeciremem Demetrij Regis cæsa sunt, passuum tredecim. Ligna autem mirificè procera, enodia, leuia sed amplissima magnitudine arbores, magnóque discrimine cæteras excedentes nasci in Corsica produnt. Hactenus. Eius quoque materies omnium maximè æterna esse comperta est claro de omnibus materiis iudicio in templo Dianæ Ephesiæ, Vt potè cum tota Asia extruente quadringentis annis peractum sit. Conuenit tectum eius esse de cedrinis trabibus, de ipso simulachro deæ ambigitur. Memorabile & Vticæ templum Apollinis Vbi Numidicarum Cedrorum trabes Plinij tempore. Vt positæ fuerant durabant prima Vrbis eius origine centum octoginta octo. Et in Hispania Sagunti aiunt templum Dianæ Zacinto aduectæ conditoribus annis ducentis ante excidium Troiæ, infráque oppidum ipsum id haberi, Lacunaria ex ea Ephesi in æde & in cæteris nobilibus phanis propter æternitatem sunt facta. Illa siquidem neque rimam neque fissuram capit, quoniam sponte adacti claui tenax non est. Cedrus Simillima est Abieti, Vt meritò ab Abiete nomen habeat. Huius etiam meminit Dioscorides in capite de Agarico, Agaricum (inquit) gignitur in Galatia, Asiæ & Cilicia in Cedris. Prætereà in capite de Cedro idem autor arborem esse magnam intelligẽs hæc Verba ponit: Cedrus arbor magna est, ex qua picem colligunt quæ Cedria Vocatur. Hæc ille Theophrastus porrò eam quatenus arborem. Cedrelaten Vocat, sed quatenus frutex est Cedrulã, de qua postea agemus. Celebrata est hæc Cedrus propter scripturas sacras, & potissimùm quòd è monte Libano petatur celsitudine impari. Ex cuius candicibus, trabibus & materia Salomon templum, quo diutius perduraret, æternitati erexit, cui columnas & cardines è Cedro fieri iussit. Eorum sententiam qui maioris Cedri duas constituunt species mihi sequendam non putaui, Vt alteram sterilem, alteram florentem & fructiferam constituerem. Sed qualem ipsi vidimus ita describere visum est, Vt nihil omittatur. Nam quisquis ex Tripoli Syriæ Vrbe, quæ ad montis Libani radices sita est, excesserit, & versus montem contenderit spatiúmque medij diei peragrauerit, tandem cum sedecim milliaria per conualles versus iugũ contenderit, celeberrimum diuæ Mariæ Maronitarum siue Monachorũ cœnobium offendet, quod in cõuallibus situm est, ab eo scanditur per supercilium montis Vsque ad quatuor milliaria priusquam ad Cedros perueniatur, Maronitis Christianos peregrinos semper comitantibus, Vt cedros montis non in altiori tamen iugo, sed in decliui sitas ostendant. Quarum & si magnus non sit numerus creduntur tamen Viginti & octo esse, plus minus. Nam alioqui difficulter computantur, distantes à se inuicem tribus aut quatuor passibus. Has Da-

„ Materies „ cedri æterna.

Cedrus rimam non capit.

„ Cedrus „ similli- „ ma Abieti.

„ Cedria.

Cedrela- te.

Cedrula.

Mons Libani.

Cœnobiũ montis Libani.

Cedri Salomonis.

masci Archiepiscopus easdem esse quas Salomon sua manu conseuit atque in quincuncem vt nunc sunt ordinauit nobis persuadere conatus est. In media montis huius valle, vbi nulla alia arbor, emicat loco frigidissimo sitæ sunt, in quo etiam vix toto ferè anno apparet, adeo vt illuc nisi æstate perueniri vix possit. Nam Libanus mons ab albedine niuis quæ toto anno illi insidet ex quo semper albus apparet dictus est, quemadmodum & Leuci montes in Creta. Quòd si à Cedris paulò altius vsque ad præcipitiũ montis scanderis, Ribes herbam tandem illic nascentem plurimam videbis. Ribes porrò herba spicæ Celticæ in nascendi modo aliquo pacto naturam refert, siquidem ea sub niue ferè perpetuò degit, folio Lapati acuti prædita ni grandius esset & rotundius, & ad papyrum accedens. Bacchas fert ex sinu medio foliorum rubras, vt in Lauro Alexandrina, Hippoglosso & Rusco conspicimus. Septena vt plurimũ à radice assurgunt folia, in quorum medio fructus veluti racematim depẽdet. Ex quo is sucus qui exprimitur turbidus est lactisque albedinem habet. Ideo aliquantisper sini & i vsolari decet, donec claresçat & depuretur. Ex hoc enim Syrupus conficitur natura frigidissimus. Ista defunctoriè, ac veluti per transennam de hac stirpe, quæ nobis rara est dixisse volui. Serapionis authoritate fretus, qui eam in vinosis tantùm tractibus nasci & mõtibus frigidis scripsit. Cedrus scandentibus ramos porrigit scalæ modo, non enim longè a terra absunt, adeò vt cum vir vnus alteri porrigẽs humeros præbuerit scandendi aditũ, vbi is primùm ramũ attigerit, facilimè inde ad fastigiũ peruenire possit. Moris autẽ semper est, vt aduenæ secũ arboris conos auferant. Qui monasterio montis Libani præfectus est, Patriarcha vocitatur. Eius imperio paret Episcopus Damascenus, quẽ ex more Damasco soluere die decima quinta mẽsis Augusti oportet, vt ad monasteriũ Libani proficiscatur, ac sacrũ, cum eò Ventũ est, in honorẽ assumptionis virginis Mariæ Græco more celebret. Nã tũc multi alij Christiani ex Tripoli vrbe illuc sese recipiunt. Montis culmen, quod perpetuò niue obruatur, pauci admodum homines, vt mihi retulerunt, conscendunt. Rectissimæ verò & excelsissimæ montis Libani arbores, & ab imo ramosæ abietem primo aspectu referunt. Sed quia plurimùm sunt sinuosæ, caudex etiam conspicuus inter ramos apparet. Quos ita æquabiles habet, vt arte pressos filicis modo gerat. Tota arboris facies ab imo sursum vsque in exilitatẽ tendit, quandoquidem rami latè circumfusi in orbem circumspatiantur qui deinceps ab imo ad iuga minores euadunt. Quæ causa est cur arbor hæc eminus conspecta in metæ modum turbinata appareat. Cedros quas in Amano & Tauro vidimus eandem cum prædictis habere similitudinem comperimus. In humidis nasci,

Libanus & Leuci mõtes, ab albedine niuis dicti.

Ribes herba.

Spica Celtica.

Lapatum acutum.

Laurus Alexãdrina.

Hippoglossum.

Ruscus.

dis nasci, quemadmodum picea, oblectatur, atque etiam conualles humorem habentes sequi. Idcirco ad torrentium ora, & circa præruptissima decliuia reperiri solet. Ea autem vbicunque terrarum proueniat, mox à terra ramosa assurgit rectissimo caudice atque excelsissimo prædita, cui ita rami transuersi hærent, vt arte infixi appareant, quasi ad scandendum scalmos præberent. Omnium rami tam latè diffusi spatiantur vt arte sub prelo leuigati videantur. Tota arbor abietem æmularetur, nisi caudice supra modum glabro vestiretur, hoc dempto quòd annosa arbor dum est, aliquando caudicem rimis hiulcum ferat. Resina scatet liquida, eáque alba, quæ tandem ad solem durescit, atque retorrida fit. Commanducata nihil prorsus amarulenti, nec grauis odoris præ se ferens, sed dentibus mirum in modum hæret. Cedrus tenella, cuius caudex nõdum rugis cõtraxit, tota tuberculis scatet, atque vt in Abiete transuersis oleaginoso humore scatentibus, ita vt à solo viro vnica tantùm die media libra legi possit. Sed oleum istud quod nullum in medicina vsum habeat excipi non solet: Qui apud me liquorem istum viderunt, quem ex prædictis montibus attuleram, ei prorsus similem esse pronunciabant, quem Dioscorides oleosam resinam vocat. Vulgus sed falso. Terebinthinam Venetianã appellat. Color corticis Cedri maioris ex Cianeo in opacum liuet, vt Loto arbori & ab vno caudice à terra ad ramos primos asperitate ac scabritie horret: Nam reliquum caudicis sursum ita glabrum est, vt arte politum dicas, Qui si leuius vngue scalpatur, viridis apparebit. Sin autem profundius vulneretur, ruber. Cortex crassus admodum non est, ex quo resina sua sponte emanat. Ideo quoties Cedrum conscendi, siue in Amano siue Tauro & aliis prædictis mõtibus, & manus & vestem hac tenaci resina ita infeci, vt inde solui nunquam potuerit, sed ne ex manibus quidem nisi oleo calido. Rami sursum repandi oneri pertinaciter renituntur, sed Myrthi in modum cum plicantur, valido crepitu fragiles vno ictu disiliunt. Minores rami pectinatim in filicis modũ vtrinque ex maioribus oriuntur. Folia autem, vt in Larice, obtusa, breuia, crebra, angusta, ab vnõ surculo exorsa quadraginta vel quinquaginta simul, serie quadã in ordinem dispositа surculum radiantia pictoris penicillum referre videntur, odorata subacida, & cum leui amaritudine adstringentia. Sola Cedrelate inter arbores dempta Abiete conos in cœlũ tẽdentes mittit, Qui quidem Abiegnis similes crassiores duriores ac multò maiores essent, quinum vel senum digitorum longi sunt, turbinati compactili squamarum compressarum congerie coagmentati, atque obtusi, ex cinereo fului, conis pini alioqui graciliores, tam firmiter ramo hærentes, vt à parente diuelli non possint, nisi anulsa secũ

Cedri tubercula.

Resina oleosa.

Terebinthina.

Lotꝰ arbor

Resina Cedri.

Folia Cedri.

Coni Cedri.

Hastula conorum Cedri.

arboris parte Coni porrò dum hiantes se pandunt paulatim diffissi roribus & pluuiis decidunt, relicto in ramo pediculo firmo & tereti in hastulæ rectæ modum, quæ per medium coni traducebatur, & cui squamæ inhærebant. Plinius de huiusmodi hastula libro decimo sexto capite duodecimo mentionem facit. Vt in cæteris, inquit, quoniam & hastula in fructu est. Hæc ille. Cedrus semen habet Abieti simile non vinaceo maius, dulcis saporis vt pineæ, ad cuius latus oleosum quidpiam includitur odoratissimũ. Hastula squamas non prius exuit quàm conus duos annos excesserit, Quem integrum anniũ fert antequam matureſcat, quod hyeme potissimum fieri solet, Duas profert resinas quemadmodum & Abies, alteram in tuberculis liquidã, de qua iã antè diximus, alteram sua sponte exudantem, quæ cùm retorrida sit naribus admota fraga redolet, odoratáque gustanti percipitur, Sed ita pertinaciter dentibus inhæret, vt non nisi cum difficultate auferatur. Confunduntur sæpenumero Oxycedri, qui minores sunt, cum maioribus. Nam cum Plinius Cedrum Arcadiæ, arboris similitudinem referre scribat, quàm Phrygij potius fructicẽ vocant, de hac Cedro intellexisse videtur. Quum autem ad pices faciendas idoneam & ex qua quæ Cedria vocatur, qua defuncta corpora conseruantur incorrupta fieri solet, Cedrum magnam, quam Cedrelaten vocat, intellexit. Vbi verò alio loco montes amare Cedrum dixit, & inter Larices & resiniferas arbores collocauit, tunc etiam magnam Cedrum significare voluit. Hoc affirmare possum Cedrum magnam nusquam in Creta nasci, quod eius loci montium culmina, conualles, & quas habet insula syluas diligentissimè lustrauerim. Audiui tamen à quibusdam fide valde dignis hominibus Cedrum magnam supra Niceam in montibus nasci. Conos Cedri vermibus esse obnoxios cõperi, quemadmodum & Sapineos, qui Cysindeli crassitudinem referunt, digiti transuersi longitudinem habentes, Caput illis formicæ, sed compressius. Duodenis intercipiuntur loricarum intercapedinibus, pedes in anteriori parte vtrinque terni, vt Scolopendriæ, quibus ambulãt. Reliquum autem corpus totum teres, quod sine pedibus est, Lumbrici modo serpit, ita vt media parte Serpens, anteriori autem parte gressilis appareat circulos antennarum modo, ante binos gerit, ventre crassiori ad caudam in mucronem tendente. Cedri ligni bracteæ olim Romæ in magno prætio extiterunt: Nam cedrinum siue Cedri materies præcipua erat, cuius operimẽto alia materies vestiebatur, vt hac illa multò angustior redderetur. Fuit & Bryon Cedrinon teste etiam Dioscoride vnguentis commendatissimum. Pani arentes sunt muscoso vilo cani, non in cortice modò, verùm & è ramis dependentes longitudine cubitali, odorati, qui vt

Duas resinas in Cedro.

Resina olens fraga.

Oxycedrꝰ Cedrum Arcadiæ.

Larix.

Cedros supra Niceã nasci.

Vermes enatos in conis Cedri.

Ligni Cedri bracteæ.

Bryon Cedrinon.

Vnguentis miſcentur, ſic etiam oleis inſpiſſandi gratia inſeruntur. Vnde noſtri ab inſcitia arcendi ſunt, qui cum puluerem odoratum componunt, quem Cyprinum vulgus vocat (Pouldre de Cypre,) *nefando errore capillitiũ quoddam flauum, putidum, pro muſco hoc aſſumunt. Quod autem Cedrus ad pices faciendas idonea fuerit, liquet ex Plinio, qui lib.* 14. *cap.* 20. *Arborũ, inquit, ſucco manantium picem, reſinámque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa, ferunt, liquidam omnes tantùm reſinam, craſsiorem verò & ad pices faciendas Cedrus. Præterea Cupreſſus, Ebenus, Lotos, Buxus, Taxus, Iuniperus, Oleaſter, atque etiam Olea non minus quàm Cedrus rimam ſponte non capiunt. Non eſt prætereunda quorundam noſtri temporis, vel medicorum inſcitia, vel Pharmacopolarum ignauia, qui Sandalum nulla ratione vulgò Cedrum vocant, vt nunc ex inſcriptionibus in pixidibus officinarum videre licet, quibus pro Sandalo Cedrum inſcribunt. Nullam autem Sandalus cum Cedro habet affinitatem, cuius vel hoc indicium eſt, quod Sandalus ſit odoratiſsimus, & à neotericis Arabibus tantùm cognitus. Sed error hinc emanauit, quod cùm Theriaca Cedri ramos admittat, quibus illi carẽt, vt ſolertes ſunt in* ἐυλιβαλλομένοις *ſubſtituendis, Sandalon pro Cedro aſſumunt, cùm tamen de minoris Cedri ramis id eſſet intelligendum. Vt autem Cedrum magnam omnibus palam faciam, eius Iconem qualem nos etiam ſub arbore delineauimus, hîc apponendam curauimus.*

Cyprinon

Sandalum

Theriaca Cedrum admittit.

Sandalum malè pro Cedro ſubſtituũt.

De minoribus Cedris.

Cedrus major.

Minores Cedri.

Cedrula baccifera.

Cedrinum vinum.

Lycia Cedrus.

Phenicea Cedrus.

Montis Gargani Cedrum pheniceã.

ET si hoc priore libro de coniferis tantùm arboribus scribere statutum erat, tamen quia multæ ab autoribus Cedrorum species, enumerantur & minores istæ nõ conos sed baccas ferãt, & propositæ rei congruunt, immortalique pube virẽt, visus est hic mihi locus idoneus, vt post magnam, reliqua quoque genera describerem. Theophrastus qui longo tempore præcessit Plinïũ, differentias multas indicauit, quas Dioscorides quoq; non ignorauit. Scribit enim capite quadragesimo lib. quinti, quòd è minoris Cedri fructibus vinum fieret nomine Cedrinum. Cuius verba Plinius lib. 14. cap. 16. eodem ferè modo recensuit. Minoris autẽ Cedri duo sunt fastigia summa, quorum Lycia seorsum à Phenicæa postea describetur. Phenicææ huius Cedri baccæ edules sunt, nucis ponticæ magnitudine: Siquidem Phenicea Cedrus in Gargano Calabriæ monte proueniens, Iuniperi maioris baccam magnitudine producit. Quæ verò alibi nascitur maiores drypedibus non facit. Baccas cedri in Gargano mõte natas, sunt qui credant Iuniperi ma-

ioris esse, falsa quadã opinione ducti Phenicea à Phenice regione nomẽ habet, quod vocabulũ Gaza Punica vertit. Sed mihi visum nõ est Punicã eã vocare, sed potius nomen Græcum retinere. Phenica autem, ab aculeorum rigentiũ in extremis mucrone, Oxycedros à Græcis dicta est, Lyciam verò à foliorum tenuitate obtusorum, Retusam ad differẽtiam alterius vocare malui. Hæc à Lycia prouincia nomen habet. Punica Cedrus antiquũ nomẽ retinet in Creta, quam pullatum vulgus Cedri nomine appellat. Minorem istam Cedrum Plinius Pheniceam appellat Iunipero similem. Cuius (inquit) duo sunt genera. Punica & Lycia. Horum fructus Cedrides vocantur, quibus olim in sacris fumigandis templis vtebantur, nec thure tunc supplicabatur. Cedri tantùm & Citri suorum fruticum, in sacris fumo conuolutum nidorem, verius quàm odorem nouerant. Fuit & vnguentum Cedrinum in antiquorum vsu. Cum itaque ego Cedrum acutam Phenicam vocem, Lyciam verò Retusam, proximum est vt ambas singulari descriptione persequar. Quod autem discrimen inter vtrãque insit, satis ex Theophrasti cap. 12. lib. 3. de histo. liquet. Plinius dũ Phenicã describit, ramosam eã facit, & nodis infectã. Lyciã porrò odore præstãtiorẽ, In his certè Theophrastũ secutus, subiũgitque ambas fructum ferre dulcis saporis, myrthi magnitudine. A Phenica autem ordiendũ suscepi.

Punica Cedrus.
Oxycedrus Lycia siue Retusa Cedrus.
Vnguentũ Cedrinũ.
Phenica Cedrus.
Lycia Cedrus.

Phenica Cedrus siue Punica.

Phenica siue Punica Cedrus.

Audicem hæc contortum habet, scabrum, cute verius quàm cortice vestitum, quæ in filamenta tenuia, longa & lata scinditur, vt lemniscæ sibi inuicem accumbentes potius quàm verè cortex dici mereatur. Sempiterno virore prædita est. Hyeme tamen quàm æstate spectatior atque alacrior. Ramos diffusos mittit, firmos, cõtortos, & surculosos. Hæc Iuniperi modo aut Lentisci semper fructu grauis deprehẽditur, vt anniculis succedat nouus, id est & nouos simul cũ veteribus ferat. Cedrides vocãtur, tanta dulcedine præditi, vt incolæ cũ pane famẽ illis arcere possint, qui initio veris dũ pullulãt virides produntur, mox ex viridibus fului fiunt. Postremò iam adulti & maturi rubent. Florere hæc nequaquã cõperitur, neq; ei floris vllũ rudimentũ apparet, nisi illic futuri seminis vestigiũ, vt fructus iam grandis sex squamulas in gyrũ habet. Sic etiam seminis rudimẽtum quod iam floris loco emerserat, tres squamulas initio iuxta pediculum profert, quæ ipsius baccæ corpus ambiunt, deinde cum paulò maior excreuit, aliæ squamulæ prioribus intertextæ baccam cõponunt, vt tandẽ sex squamæ baccã circũsidẽtes perficiãt. Sic in bacca granula alba triqtra figura

Cedrides. *oleo ſubamaro ſcatẽtia & odorato includuntur. Baccæ autẽ quæ Cedrides nominantur, medullam ſaporis quidem dulciſſimi habent. Nam quicquid amarulenti percipitur id granis interioribus referendum eſt acceptum. Cùm autẽ exactè maturuerint dulciore multo euadunt. Ab animalibus etiam noctu atque etiam interdiu edi ſolita, vt à Melibus, Quod quidem ego in nigra Corcyra verum eſſe comperi. Si quidem cùm noctu ſub Dio inter iſtas arbores dormirẽ vidi Meles ipſas arbores humiles & coma patulas conſcendere, atque ſe iſtis baccis explere, quas poſtea integras egererent, vnde mihi coniectare licuit eas quàm minimùm præbere alimenti. Floccos in ſe continent qui granula quatuor ambiunt Foliaeius oblonga quidem ſunt dorſo emi-*

Oxicedri. *nentia cultellato, fere trigona, in mucronem deſinẽtia, Vnde ei Oxicedri nomen eſt lineis duabus albicãtibus rectis diducta. Tria autem folia ex ſurculo ſtellatim decuſſantur, quæ circuli inſtar in girum radiantur, & vt dixi deinceps per ramos diffunduntur, in quibus ſingulares naſcuntur baccæ. Cedri huius materia rubet, & cupreſſum olet, in qua nulla prorſus ineſt medulla quæ conſpicua ſit: guſtata nullam odoris gratiã refert, Sapore tamen ad cupreſſum accedit. Folia guſtata adſtringunt, & ſubamara ſentiuntur. Gummi exudat*

Gummi Cedri. *durum, perſpicuum, vt Maſtiche, (noſtri falſò ſandaracham alij vero vernicẽ nominant) quibus tanta inter ſe affinitas eſt, vt ſi commixta ſimul eſſent vix diſcernerentur, niſi hac nota ab eo deprehendas Maſtichen: nam Maſtiche commanducatum ore coit, Gummi autem Cedri diffunditur, & in partes tenuiſſimas redigitur, quod in ore amplius nõ coit. Sic de Cedro Herodotus ſcri-*

„ *bit. Non lauant, inquit, Scythæ corpus, ſed vxores eorum infundentes aquam*

„ *corpora ad lapidem aliquem ſcabrum conterunt Cypreſſo, & Cedro, & Thu-*

„ *ris ligno. Deinde perfrictum corpus cùm intumuerit, illud faciémque medi-*

Cedrĕleõ. *camentis oblinunt, id eas ſimul bene olentes facit. Ex Cedri malis Plinius oleum poſſe fieri ſcribit, quod Cedrælеon vocat: nam, vt dixi, baccæ oleoſam in*

Fructus Cedri. „ *ſe cõtinent materiam. Has tamen eſſe edules nemo dubitauerit, quod illas Ga-*

„ *lenus inter alimenta inſerat. Eſt enim reuera dulcis ſaporis fructus Cedri qui*

Cedris. „ *Cedris dicitur (inquit) colore quidẽ & figura fructui Iuniperi eſt ſimilis (ſub-*

„ *flauus enim eſt ac rotundus) diſidet autem ab eo acrimonia. Nec multum*

„ *abeſt quin hic fructus ex genere ſit medicamentorum, quæ nullum præbeant*

„ *corpori alimentum, niſi quis ipſum aqua macerarit. Omnibus enim acribus, id*

Fructus Iuniperi. „ *eſt commune, vt ſoluta ipſorum acrimonia exiguum corpori alimentum præ-*

„ *beant. Quinetiam Cedrorum fructus, vt fructu Iuniperi durior eſt ac ſiccior*

ita profectò exilior, nihil vt ille habens aromaticum. Perſpicuum autem eſt:

quod & ſtomachum valde mordicat & capiti dolorem infert niſi quis ipſum parciſsimè ſumpſerit. Hactenus Gal.

De alia montis Gargani Phenîca Cedro.

NAſcens in Gargano monte Cedrus paulo altius à terra aſſurgit & ſuperiori vulgari maior eſt. Cuius etiam baccæ, quæ cedrides vocantur, Iuniperorũ baccis quæ Arcentides dicuntur maiores fiunt & dulciores magiſque edẽdo. Quæ cum nucis Ponticæ magnitudinem æquare comperiãtur, multi Pharmacopolæ & medici Venetijs eas maioris Iuniperi baccas eſſe credentes in officinis aſſeruant, & Iuniperi maioris baccas magno errore pixidibus inſcribunt. Arbor hæc Phæniciæ quidem ſimilis eſt, neque eam à Phenica diſtinguo: nam ea eſt ipſiſsima Cedrus, ſed quia meliorem ſitum in eo monte nacta eſt ideo altiuſcula aſſurgit, & auctior fruticæ & Baccis redditur. Viridis eſſe ſolet, & folia Iuniperi modo in mucronem rigentia promit. Radices agit obliquas Cedro Lyciæ perſimiles, ſed ſicciores, Materiam quoque rubram profert, quam in longas aſſulas ducere poſſumus. Gummi etiam exudat durum & tranſparens, vt Iuniperi & Maſtiche, vulgus Vernicem vocant, amborum tam æmulum, vt ab eis diſcerni non poſsit, niſi dentes dubiũ diluant, ſed eius farina per os diffunditur, quemadmodum Iuniperi. Sed Maſtiche in vnum corpus coaleſcit. Huius gummi quomodo etiam & Iuniperi falſõ Sandaracha nominatur. Antiquorum autem gummi Cedri paulò poſt id eſſe, quod vulgus falſõ Sandaracham nominat multis verbis comprobatũ eſt.

Mons Gargani. Arcétides. Iunipei baccæ. Cedrides pro Iuniperi maioris baccis vſæ. Vernix. Sandaracha.

Lycia Cedrus, ſiue Retuſa.

LYcia Cedrus hoc à Phenicea differt, quòd folia habeat obtuſa, multò tamen frequentiora & rotundiora, Tamariſci ſimilitudine. Caudex huius ſubrubet Cortice vitigeneo obductõ: folia in ramulis obtuſa, quæ mirum in modum Sabinæ alterius folia æmulantur. Cæterùm toto habitu, ramis, cortice, & materia atque etiam magnitudine Iuniperum refert. Nam vtraque & procera & paruula plurimum comperitur. Radices habet diffuſas per terram in ſublime ſparſas, & quæ facilè frangantur, cortice ſupremo nigro ſcabróq; exiſtente, cui alius ſubſidet flexilis, ruberrimus, glaber, vitiliũ modo lentus. Mox caudex conſurgit brachij craſsitudine, cuius ſuperficies, vt radicis etiam, ſqua-

Lycia Cedrus. Tamariſcus. Sabina altera.

bra, superior cortex fuluet vt cortex Rhois, qui auulsus rubet. Cortex inquam huius succo pingui madet. Arbor ipsa semper grauida, sempérque fœtu prægnãs comperitur. Folia ei cupresso simillima, sibi inuicem quasi squamulis cõpactilibus coagmentatis insidentia, quæ si digitis atterantur, odorem exspirant suauissimum. Semina rubra, quorum per initia rudimenta cruciformem in quadrangulum diuaricãtur. In foliorum autem extremo cacumine, semen postea erumpit ea magnitudine qua Myrtho latifoliæ. (Nam semina minora sunt latifoliæ Myrtho, quàm angustifoliæ (rotundiora tamen aliquanto, & ad Iuniperi formam accedentia, initio viridia: mox ante maturitatem flaueſcentia, postremò ad rubrum colorẽ declinantia, gustu subamara, sed odorata. Plærique hãc esse eam quam Theophrastus Thuyam appellat, existimant. Miratus sum Pharmacopæorum & medicorum Epidauri inscitiam, qui cum Sabina vera careant, hunc tamen fruticem in officinis asseruant, & pro Sabina vtuntur, quo inquam errore fœdo, video magnam Græciæ partem, Illyriæ, Epyri atque etiam Venetias ipsas infestari: nam, vt rem verè & sine dissimulatione dicam cum medicorum eius regionis magna pars ingenti laboret inscitia, tum omniũ hominum illic ignorantissimi sunt Pharmacopolæ. Circa Massiliã Lycia hæc Cedrus affatim nascitur, Vulgus Morueinc vocat, quemadmodum & Auignionenses apud quos frequentissima est duabus appellationibus, Decade Serbin appellant. Sed qui apud Sirpõtem versus Massiliam, agunt arbusculam ipsam Cotranum voce Arabica dicunt.

Arbor semper grauata.

Latifolia Myrthus.

Angustifolia Myrthꝰ

Thuya.

Morueinc.

Serbin.

Cotranũ.

Cedrinum mel.

PRiusquam à Cedris discedamus, ne quid eorum quæ ad integram historiæ descriptionẽ attinẽt omittamus, visum est et de melle quoque cedrino pauca perstringere, & ea quidem quæ cum non multis qui de eo nuper scripserunt conuenire videantur. Fuisse olim mellis Cedrini vsum quemadmodũ etiam nunc, paulò post indicabimus. Nostri voce ab Hebræis mutuata, illud Mannam vocant, quanquam manna apud Græcos, nihil aliud quam thuris farinam significet. Quod autem apud priscos mellis genus hoc vulgò in officinis venderetur, Hippocratis verba fidem faciunt, qui in libro de vlceribus in hunc modum habet: Medicamentum, inquit, aliud ad vlcera vinum accipit, mellis cedrini paululum: & ex aridis, florem æris, mirrhã, malicorium siccum. Nunquid Hippocrates qui Cous erat, cum pharmaca cõponebat, necesse habuit simplicia suarum compositionum à negotiatoribus coëmere?

Mel Cedrinum.

Manna. Thuris farina.

Hippocrates Cous.

coëmere? Galenus paulò pluribus quàm illæ liquorem istum exposuit, qui cũ Libanum mõtem Cedris ex quibus mel hoc petitur feracem sciret: & sui temporis mercatores venale inde petitum porrigere agnosceret, in tertio de alimẽtorum facultate scribit, quod roris modo destillet, & quod in mõte Libano copiosissimè ex foliis arborum colligatur. Vbi quum Cedrus frequentissima sit (inquit) ex hac potissimum accipi verisimile esse. Hoc igitur Hippocrates mel Cedrinum, quod Galenus rorem Libani montis nominat, appellauit. Itaq; cum mel istud vulgò mannæ nomine cognoscatur, & durioris sit compaginis, quàm ab authoribus descriptum sit, meritò dubitabit quispiam an eadẽ res sit ac ea quæ ab antiquis sub eo nomine intellecta est. Siquidẽ neque Hippocrates, neque etiam Galenus vnquam durum intellexerunt, sed liquidum, adeo vt Galenus scripserit suæ regionis indigenas referre solitos Iouem aliquãdo melle pluere. Ego verò aliquando dubitaui an olim cedrinum mellis genus hoc edi ab hominibus loco medicamenti soleret, quo aluus solueretur. Sed ex antiquissimis Hebræorum monumentis habeo Cedrinum hoc mellis genus edule fuisse, neque ita tamen liquidum vt manibus facile teneri posset, duásque eius præcipuas differentias fuisse, liquidi scilicet & duri, mihi ex negotiatoribus apud Memphim planè innotuit: alterum liquidum in fictilibus, alterum aridum in arculis ligneis asseruari. Vim verò nullam aut saltem exiguam inesse ei aluum soluendi affirmare ausim: nã si quispiam periculũ fecerit & vtrunque paulò liberalius ederit, nunquam aluum subduci sentiet, etiamsi libram mediam absorpserit. Verùm quidem mihi hoc fatendum est, vim quandã ei inesse abstergendi, quemadmodum & in melle, sed soluendi, vt mihi videtur, nullã aut paucam habere, quod ex indigenis montis Libani & Sinay, nostratibus etiam qui Scnesium & Iuniperorum (gallicè Senys & Geneure) montes incolunt, satis planum est, qui cum abunde eo satientur nihil tamen ab eo leduntur, aut aluum sibi quoquo pacto subduci sentiunt, sed eo tanquam obsonio nutriuntur. Frequẽtissima nobis esse solet arida manna, quæ ex vicinis & variis montibus petitur, adeo vt huius discrimen publicè à negotiatoribus sit cognitum. Si quidem mannam istam seu rorem cedrinum, quem in officinis asseruant suis nominibus distinguũt, aliam Calabrinam, aliam granatam, aliã Brianſonam, aliam Ambrunensem appellantes, quæ cum inter se dissimiles sint atque etiam grano dissideant aliam aliis præponunt: nam aliqua compacti li grano pingui, dulci flauóque prædita est, vt Brianſona. Alia grano constat grandiori, floccos lanæ referens, intus concauo, candidiori cuiusmodi est Calabrina. Alia pellucida est exiguo grano, cuiusmodi Mastichina. Dura-

Ros Libani.

Iouẽ melle pluere.

Mel Cedrinũ Aridũ.

Mel Cedrinum liquidum.

Calabrina manna.

Granata manna.

Brianſona manna.

Ambrunẽsis manna.

Mastichina.

tionis tempus variis modis percipitur, alia enim statim post annum exoleſcit, & ſitum redolet: alia tardius corrumpitur, vt ad quinquēnium aſſeruari poſſit. Omnes tamen ſicciori loco gaudent, ſed liquida manna nobis alioqui infrequens in temperato loco, non humido nimis neque adeo calente reponi debet. Omnium ortus in media aëris conſtitutione ex rore, vt poſtea dicetur in vere circa principium æſtatis eſſe conſueuit. Vt aliquando certum montis latus laricibus conſitum eo modo albere compererim, quo cum pruinæ in hyeme arbores conueſtierint. Sed mirum eſt quod ea certam ſibi ſtatuerit ſedem, vt in altiori montis faſtigio neque paulò infra verſus radicem montis vllam eiuſmodi videas. Et quemadmodum illa in Libano Cedris potius quàm aliis arboribus adhæreſcit, ſic etiam hîc in Europa Laricibus mauult copulari, neque etiam alibi, quàm extremis arborum ramis inſidet. At ſi fortè ſalices adſint (vt ſæpe fit) raro tamen earū foliis adhærere conſueuit. Eſt autem legenda antequàm ſol arboribus ſuis igniculis vim intulerit: nam roris illius materia noctu ſuperſidet, non autem interdiu. Quocirca indigenæ ad larices ſummo mane feſtinant, vt Mannam legant, priuſquam ſol illuxerit: nam quum ſol ei illuxit deterior eſſe ſolet, & liquida euadit. Hinc duæ eius ſpecies numerantur, quarum altera, quam liquidam appellant in fictilibus aſſeruantur, proprio nomine Arabico quidem, Tereniabin, & hæc ea eſt de qua Hippocrates & Galenus meminerunt: quam diuerſis capitibus Serapio & Auicenna à manna ſicca diſtinxerunt. Manna itaque liquida ſiue mel cedrinum cum nobis nullo nūc in precio habeatur: amplius, ſeruari deſiit, manna etiam quia mox friatur magno in mediterraneis venire ſolet. In vrbibus autem quæ ad radices montium ſitæ ſunt, adeo vilis eſt pretij, vt non pluris in vere libra, quàm quatuor aſſibus diuendatur. Ros enim qui arboribus inſidet tantus eſt, vt operarij quantum volunt reperiant, ſed in legendo operariis tanto tædio eſſe ſolet, vt ab vno viro vix tres libræ vno die colligantur. Ruſtici porrò ad larices mane appulſi breui ſolis radios imminere ſentientes, faſces arborum ſecuribus in terram decutiunt, multos ramorum aceruos ſub arboribus in vmbra aſſeruantes, vt quicquid roris illius cœleſtis cacuminibus adhæſerat, per otium in vmbra ſub arbore legant. Illi verò quum multam exceperint, & ad vicinas vrbes detulerint, hāc negotiatores quidē emunt, ſed quod ea intra annum vnū aut alterum deterior euadat & corrūpatur, neceſſe habent, cùm ex multis libris paucas diuendant, illas quidem carius diſtrahere, quibus reliquarum iacturā, ſi quam adeſſe contingat, reſarciātur. Hinc fit, quòd magnò væneat. Mannam Veneti aliter quàm noſtri negotiatores diſtinguūt & vari is nominibus appellant.

Manna apud nos laricibus inſidet.

Manna Libani mōtis Cædris ad hæreſcit.

Tereniabin.

Manna intra annos deterior euadit.

Siquidem quum merces Vndecunque ad eos deferantur, Varia mannarum genera agnoſcunt, præcipuam tamen granulatam, illam ſcilicet quam nos granatam dicimus, quam Vulgo maſtichinam nominant, quod Maſtiche ſit adſimilis. Alteram autem Bombycinam, eo quòd floccorum bombycis referat effigiem, quæ quidem Vilioris eſt precij, neque tantæ dulcedinis particeps: cuius etiam ſi libram edas, aluum nunquam tamen ſubducet. Ideo Mannam iſtam ex rore aëreo Venire mellis modo nemo dubitet. Apes ſiquidem mel ſuum è rore aëris qui foliis & floribus arborum inſidet, legunt, de quo nihil Vlterius hoc loco diſſerere quàm quod ad tractationem præſentem facit inſtitui: quemadmodum neque de Ericeo omnium peßimo quod apes ex Erica hyeme legunt, neque Hyblæo aut Hymmettio omnũ laudatiſſimo quod in Vere apes colligunt ex Thymo. Dubitauerit aliquis an flores materiam parturiant, qua apes mella conficiunt. Sed ego, hoc, in libro in quo de arboribus ſempiterna fronde Virentibus dum de Thymo agetur latius perſequar: & non paucis probatum iri ſpero noſtram Galliam atque adeo ſeptentrionalem regionem Thymo prorſus & Thymbra carere. Idque quod nobis Thymus creditur nullo modo Thymum eſſe poſſe. Itaque falluntur plurimùm, qui apes ſuum mel è floribus conficere putant. Quod quidem Ariſtoteles, capite Viceſimo ſecundo libri quinti de animalibus his Verbis abundè oſtendit. Apes, inquit, conſtruunt fauos è floribus, ceram ex lachrima arborum fingunt, mella ex rore aëris, ſyderum ortu potiſſimum, & arcus cœleſtis incubitu contrahunt: omnino autem ante Vergiliarum exortum mel non fit. Hactenus ille. Locum autem iſtum Ariſtotelis Plinius multo facilius quàm Gaza, capite duodecimo libri Vndecimi tranſtulit. Venit hoc ex aëre, inquit, & maximè ſyderum exortu, præcipuéq; ipſo Syrio exſplendeſcente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu ſublucanis temporibus. Idem Ariſtoteles eodem capite addit: Fauos Vt dictum eſt è floribus faciunt, mel autem non ipſas facere apes, ſed rorem cadentem deferre argumentum eſt, quod Vno aut altero die cellas melle repletas inueniunt apiarij. Item autumno mel poſteaquam detractum eſt, non reparatur, cum tamen illo etiam tempore flores proueniant. Sublato itaque melle, & cibo, aut nullo extante, aut exiguo, repeterent certè apes munus mellis conficiendi, ſi ex floribus poſſent accipere. Hæc Ariſtoteles. Plinius porrò hoc comprobans hæc adiicit. Itaque tum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur: ac ſi qui matutino ſub Dio fuere Vnctas liquore Veſtes capillúmque concretum ſentiunt: ſiue ille eſt cœli ſudor, ſiue quædam ſyderum ſaliua, ſiue purgantis ſe aëris ſuccus. Hæc omnia Ariſt. & Plin. Verba fuſiſſimè oſtendunt mannam

Granulata manna.

Maſtichina manna.

Bombicina manna.

Mel è rore venit non autẽ è floribus.

Mel nõ faciũt apes.

Mel ſyderũ ſaliua.

tum duram tum liquidam idem ferè cum melle esse. Quapropter ego mellis materiam mannam merito esse dixerim, quæ paululum nisi substantia à melle differt: quemadmodum nix & grando ab aqua nisi substantia differunt, cum materia sint eadem. Concludimus itaque Hippocratis cedrinum mel rem eandem cum manna esse, quam neque antiquissimis Hebræis, neque Græcis & Latinis fuisse incognitam comprobari potest. Quemadmodum verò Aristoteles mellis in omnibus mundi tractibus materiam, quam apes legunt certo anni tempore, nocte decidere scribit, sic mānæ istius, seu cedrinum mel eandem materiā esse quàm mellis cēsemus, adeò vt merito eius vim melli quodāmodo adsimilē esse dixerimus. Hoc Galenū minimè latuisse, vel ex his verbis probari potest: quod in libro de alimentorum facultatibus tertio, Hoc modo dicat. Memini aliquando, inquit, quum estate super arborum ac fruticum, herbarum quoque folia, mel quàmplurimùm fuisse repertum, agricolas velut ludentes cecinisse. Iupiter melle pluit. Præcesserat autem nox, vt per æstatem „ bene frigida (nam tum tempus anni æstiuum erat) pridiéque calida & sicca „ fuerat aëris temperies. Peritis quidem naturæ interpretibus videbatur halitus „ è terra & aquis à solis calore sublatos, ac deinde exactè tenuatos ac coctos à „ frigore secutæ noctis concretos coaluisse. Apud nos verò rarò id accidit. In „ monte autem Libano quotannis persæpe. Itaque coria super terram extenden- „ tes, & arbores excutientes, quod ab eis defluit excipiunt, & ollas ac fictilia mel- „ le implent. Vocántque id mel roscidum, & aëriū. Hactenus. De Saccaro autem nihil attulimus, quòd nihil ad rem faciat. Sed de melle Cedrino abundè satis. Vt autem ad Cedrum vnde digressus eram, redeam. Cum aliquando Valerium Cordū comitarer, & Lyciam quam iam nuper descripsi non procul ab arce ad mare Mediterraneū quē vulgus Ligornū nominat in mōte vicino cui alter nomen est enatā offendissemus. Ille vt erat ingenij acerrimi Thuiā esse coniecit, atque cū ramos amicis impertiretur. Lyciæ offerre asserebat. Sed quū eam Cedri esse speciem agnouerim de Thuia etiam differere mihi visum est.

Mānā quodam modo melli ad similis.

Quid Galenus de manna

Valerius Cordus.

Mous ater.

Thuia arbor.

Theophrastus de plantis differēs.

Aristoteles de animalibus.

Theophrastum de plantis externis differentē legens illud, idem de eo iudico quod de Aristotele de animalibus peregrinis scribente. Aristoteles siquidē dū venatores & piscatores per vniuersum fere orbē habuit, qui animaliū mores obseruarent & illa animalia sibi adferrent, non piguit illum singulorū anatomen diligentissimè cōtemplari. Sic Theophrastum stirpes describentem exploratores quoque per singulas prouincias habuisse necessarium fuit. Ex quo crediderim hoc etiam Alexandri illius inui-

ctiſsimi Regis maximi liberalitate factũ: Siquidem cũ Theophraſtus Thuiam ſcribit præcipuã apud Ammonis phanum atque in Cyrenẽſi agro naſci. Satis profecto ex iis quæ ſcripſit conſtat eum locum illum non adiiſſe, quod ex eodem capite de Thuia planè liquet his verbis: Copioſam vel vbi vrbs Cyrenenſium hoc tempore eſt comperiri, inquit, affirmant. Sed quum ego nihil in hoc toto opere adferre velim, niſi quod aut ipſe viderim, aut obſeruauerim potiſsimùm in illis rebus de quibus nos verius rẽ ipſam attigimus, Neotericorũ quorundã exẽplum, qui de rebus liberius multò quam deceat pronunciant, ſequi nolui. Qui quanuis omnia penè ab aliis nõ dicã excerpſerint, ſed potius deſcripſerint, neque de ſuo quicquã adiecerint, ea tamen ſibi etiam nũquam cognita literis mandare non erubeſcunt, abũdéque ſibi ſatisfeciſſe videntur ſi ſolum nomen ſuum libello cuidam inſcriptum fuerit. Itaque ne quiſpiam me Thuiam pro Cedro deſcripſiſſe putet, atque huic Lyciæ noſtræ deſcriptionem dediſſe credat, hoc pro me fidem faciet quod Theophraſtus de Thuia, tãquam de re peregrina loquitur. Atqui frutex ille, quẽ Lyciã Cedrũ nuncupo, affatim in Græcia prouenit. Vtranque ergo deſcriptionẽ ex antiquis probare conſtitui. Thuya perpetuò viret, haud ſecus atque omnia Cedri genera. Ea, vt referunt Plinius, Strabo, & Theophraſtus, arbor eſt procera. Sed Lycia Cedrus eſt humilis. Thuya inter ſyluestres ſerotina, vt nulla ferè tardius germinet. Algoris etiam impatientiſsima eſt. Contrà quam Cedrus, quæ alſioſis, hoc eſt vmbroſis locis prouenit. Ego vt ingenuè fatear quid Thuia ſit ſum neſcius: niſi fortè ea ſit quam Dioſcorides Sabinæ alterius nomine deſcripſit, quam tamen Sabinam alteram apud Theophraſtũ nuſquam inuenio, quem tamen miror Sabinã ignoraſſe cùm illa in iugo montiũ naſcatur. Putauerim Cedrũ Lyciam, quã vetuſtam voco: Plinio Selaginem dictam qua olim Galliæ ſacerdotes ad multa vtebantur. Theophraſti tamen interpres Selaginẽ capite ſeptimo libri de cauſis plantarum ſecundo pro Coronopode vertit. Thuiam iam ex Theophraſto in Cyrenenſiũ agris præcipuè naſci diximus ſed ex hoc dubium occurrit, quod is cap. 1. libri 4. de hiſtoria hãc in mõtiũ cacuminibus locíſq; algentibus & excelſis enaſci. Sed eum locũ menda carere nõ puto quod quiuis facilè percipiet ſi Græcũ exẽplar cõtulerit. Thuia ramis, caudice, frondibus, ſyluestri cupreſſo ſimilis traditur, quæ certè quodammodo ad meam Lyciam accedunt. Theophraſtus refert ex ea memoratas veterum templorum contignationes fuiſſe, quandámque imortalitatem materiæ in tectis, contra omnia vitia, incorruptæ. Neque eius radice Criſpius eſſe aliquid, nec aliunde pretioſiora opera fieri; ex quo Thuiæ materies olim magno in precio fuit, vt quibuſdam placet.

Thuia apud Ammonios.

Thuya peregrina arbor.

Cedrus Lycia humilis.

Selago.

Coronopus.

Thuyæ materies.

In fructu nucleos hordei grano similes habet, longiores dumtaxat exiliores, & duriores, gustu amaro: quibus præsumptis arceatur ebrietas. Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbos extitit. Quare non mihi etiam Plinium mirari liceat! qui cum totum caput de hac arbore scribat Homerum Thyam & Laricem vno versu dixisse putauit. Ego vero Homerum Laricis voce nusquam vsum fuisse puto. Sed hoc animaduertendum est, Plinium Laricem » *pro Picea vertisse. Plinij autem verba sunt. Mensis (inquit) præcipua dos in* » *vena, crispis vel in vertice variis. Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc* » *arbor est Quapropter insistendum ei quoque paulum videtur. Nota etiam Ho-* » *mero fuit:* θεῖον *Græcè vocatur, ab aliis thya. Hanc igitur inter odores vri tra-* » *dit in deliciis Circes, quam deam volebat intelligi, magno errore eorũ, qui odo* » *ramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præsertim eodem versu Cedrum Lari-* » *cémque vnà tradat: in quo manifestum est de arboribus tantúm locutũ. Theo-* » *phrastus, qui primus à magni Alexandri ætate scribit quæ circa vrbis Romæ* » *quadringentesimum gesta sunt annum, magnum iam huic arbori honorem* » *tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quan-* » *damque immortalitatem materiæ in tectis cõtra vitia omnia incorruptæ. Ra-* » *dice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. Præcipuam autem eam esse* » *arborem circa Ammonis delubrum. Nasci & interiore Cyrenaicæ parte. De* » *mensis tamen tacuit, & alias nullius ante Ciceronianam vetustior memoria* » *est ex quo nouitiæ apparent. Alia est arbor eodem nomine, malum ferens ex-* » *ecratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum, domus etiam deco-* » *rans, nec dicenda verbosius. Hactenus. Calypsus etiam & Helenes thalamos è Thuya conditos Homerus cecinit. Huius materies non illepido nitore placẽs ambitioso venarum discursu, sese vndulatim crispante interueniis multiplici forma ac decore splendẽtibus, punctorúmque aceruo exhilaratis. Hinc*

Thuia Croco preciũ auxit.

vt Dioscorides tradit, Croco preciũ maximè auxisse. Etenim Itali inquit, crocum ob succi copiam, & coloris venustatem tingendis Thuiis dicauerũt: quibus de causis magno venditur. Ita Dioscorides in capite de croco scribit: Sed ne te lectio remoretur θυίαν *legendum pro* θύα *moneo.* θύα *enim mortarium significat,* θυία *vero lignum est de quo agimus. Medici in Græcia quæ Venetiis paret, vt est Zacintus, Corcyra, Cyprus, Creta: quẽadmodum & tota Illyria apud Epidaurum & Phanam, & vrbes quæ in Isico sinu sitæ sunt, Lycia Cedro pro Sabina altera vtuntur quam Thuiam quidam esse existimant. Sed ne quispiam me Sabinam vtramque ignorasse putet: nunc de vtraque disserere operæprecium existimaui, à priori quæ maior est incipiens.*

θυία.
θύα.

Sabina vtraque.

ITali quemadmodum & multi incolæ Epyri & magna Græciæ pars non ſtudens agriculturæ paucas alunt in hortis herbas, præter eas ex quibus prouentum ſentiunt. Ideo neque Sabinam primam neque alteram id eſt neque ſatiuam neque ſylueſtrem bene norunt. Ambas autem ſuapte ſponte naſcentes populatim in mõtis Amani & Olympi Phrygiæ cacuminibus vidimus. Nos, in hortis Satiuam tantum colimus. Frigorum patientiſsima eſt Sabina, ideo ea nobis fœliciter prouenit. Culta altius attollitur. Syluestris humi comam diſpergit. Priſci Sabinam arborem diuidentes in primam & ſecũdam partiebantur de prima iam dictum eſt. Alterius autem Sabinæ folium cupreſſi aut Thamariſci ſimile eſt. Hoc nanque modo ab authoribus deſcribi ſolet, quos ſane non parum admiror, quod eã arborem herbæ nomine vocauerint. Non erit quoque mirum ſi cum ambæ ſylueſtres ſint, alteram cultam dixerim quam vulgus noſtrum agnoſcit: alteram incultam noſtris olitoribus alioqui inuiſam. Vt autem Sabinam alteram hic qualem in montis Tauri excelſiſsimo vertice deſcripſimus proſequamur adiiciendũ fuit aliã frequentiorẽ arborẽ quàm Sabinam vtrãque videri non poſſe. Syluas hæ de ſe in ſummis Amani & Olympi montibus faciunt, in quibus nullã arborẽ præter has copioſiorem videas. Altera Sabina tota facie Iuniperũ maiorẽ referret, niſi latioribus ramis prædita eſſet & magis diuulſis. & appẽdices multas in ramis, vt Sapinus produceret, atq; eundẽ in naſcendo quem Taxus morẽ ſeruaret. Reſinã profert in Caudice, vt Iuniperus vtraq; eodẽque modo reſina cõmãducata, tota in os puluerulẽta diffunditur, nec amplius cogitur. Ideo hac in re ſimilis eſt gummi Iuniperi minoris. Reſinas inter ſe contuli quæ quidem plurimum diſtare mihi viſæ ſunt. Siquidem maioris Iuniperi Reſina Maſtiches vel Terebinthinæ in modum in os cumulatur, & nunquam in ore diſſolui aut diuelli poteſt. Præterea Iuniperi maioris reſina inſigniter amara eſt. Tranſparentem reſinam Sabina altera habet, duram vt Iuniperi, veluti fumo tactam. Arboris caudex ſinuoſus eſt, craſſior plerunque, quàm vt vir in vlnas capiat. Corticem vitis habet modicè craſſum, rufum, materiam foris albam, intus veluti giluam, cui nullã aliam ſimilem reperimus. Eſt enim ei veluti indilutus quidam rubor degenerans in ſubnigrum. Perpetua coma viret, ſuis fœtibus grauida in hyeme comperitur, ſed Lentiſci naturam ſeruat, quod fructus perpetuò ſuo arbori inſideant, decidentibus ſcilicet anniculis, cùm alij iam ad maturitatem deuenerint. Fructus autem qui non perfectè maturue-

Sabina ſatiua.
Sabina ſylueſtris.
Amani & Olympi montium Sabina.
Prima ſabina.
Alterius ſabinæ delineatio.
Taxus.

Cedrides

rint, egregiè virent. Cùm autem ad maturitatem peruenerint ex atro in Cianeum degenerant. Arbos ipsa elegantissimo virore nitet, quæ tota fructibus nigris suggilatur. Est autẽ arbor feraciſsima, cuius baccæ vix Cedridibus crassiores cuadunt. Arbor amygdali bene magnæ altitudinem petit, multum ad

Syluestris Cupressus crasior satiua.

Cupressum satiuam accedens, sed crassiori caudice constat (nam syluestres in Creta satiuis crassiores sunt) Huius folia omnino Cupresso correspondent, frequentiora tamen sunt. Ideo si arbor à longè spectetur, etiam à quouis perito à Cupresso vix dignoscetur, siquidem illa seminibus vidua fuerit, nisi attentè inspiciatur. Ideo cùm eam primùm inspexissem, nihil de hoc dubitans Cupressum esse censebam. Cùm autem aliam postea suis baccis, quas in ramis singulares profert onustam vidissem, ea omne dubium sustulit. Folia eius gustatu amara sentiuntur, aromáque olent, resinaceum quiddàm præ se ferentia. Os leuiter excalfaciunt baccæ, quæ in huius extremis ramulorum surculis oriuntur, ita vt perpetuò singularis quiuis surculus suam tantummodo ferat, & eam rotundam. Hæc, merulis & Turdis gratissimus cibus, amara est, & subodora, &, vt dixi, ex cianeo subnigra. Habitus ramorũ & foliorum in arbore filici quodam modo similis est. Filix enim eum seruat ritum, vt foliũ applanatum esse diceres, & veluti compressum, quod & ramis Cedri maioris accidit.

Sabinę alterius materies. Myſia. Iconium. Cogna.

Florem non promit, sed statim seminis rudimentum apparet. Quantum ad lignum huius attinet. Agebam in Mysia in ea vrbe quæ Iconiũ vocatur, vulgo Cogna, cum inter vrendum Iuniperi maioris & Cedri Phœniciæ, & Sabinæ alterius ligna quæ simul cõtuli notam quærens qua vnamquodque ab alio dignoscerem, cum tanta horum inter se sit affinitas, vt trium horum ex montibus vicinis in vrbes allata ligna nullo ex sese discrimine dignosci possint. Nam in Asia apud Contieum & Iconium nullum istis frequentius intuendum occurrit. Eorũ singulorũ vt periculũ facerẽ vnumquodque gustaui, vsi, carbonẽ feci, sed id frustra. Cum verò in eum locum peruenissem vbi magna horum lignorum strues asseruabatur, ex foliis tantum vniuscuiusque discrimen deprehendi, quod tam exiguum est, vt vix etiam à peritô lignario artifice internosci possit. Eorũ nẽpe tum caudex tum rami vitis penè cortice obducuntur, rubro, lemniscas longas supra se inuicem iunctas diceres. Omnium autem materies intus rubet, in gyrum albicat carbonem seu salignum faciunt, materies leues sunt igni expetitæ quæ facilius quàm picæ vruntur cædi faciles sunt. Sed

Sabina altera ad testudines expetita.

Sabina hæc multò magis quàm cæteræ ad testitudines faciendas Turcis expetita, quòd in rimas nunquam diffindatur. Hanc autem excauant, totam, ex eodem ligni frusto testudinem perficientes, mediocrem quidem illam, nostris tamen

men quinternis aliquanto maiorem: Testudinum porrò tria sunt in Turcia discrimina, quarum hæc est mediocris, tabulam ei ex ligno nullam addunt, sed pellem ei inducunt piscis, qui vulgò Glagnis vocatur. Antiquis Hyæna, qua etiam membranæ vice in tympanis contegendis vtuntur. Plinius arborem soli Orienti, neque latinis ideo celebratam tradit Brutes nomine, Cupresso fusæ similem albicantibus ramis, odore Cedri cum accenditur quam ego Sabinã alteram esse interpretor. Claudius Cæsar fumum eius conira alia ligna esse remedio putauisse dicitur. Parthos, folia huius potionibus inspergere, traditur, eámque nasci vltra Pasitigrim in finibus oppidi Sitticæ in Iagro mõte. Huc facit etiam quod rudimentum nominis Græci Brathys luxatis literis, & aspiratione summota videatur elucere. Eam fortasis quam Theophrastus Thuiã vocauit Dioscorides Sabinam alteram nominat. Notæ certæ omnes quæ suprà dictæ arbori tribuuntur Brutes appellatæ, omnino cum illis conueniunt quas ego Sabinæ alteri paulò antè tribuebam. Huius alterius Sabinæ arbores iam in Europa atque adeò in Gallia, multis (vt paulò infra scribam) locis visuntur, in Regia potissimùm Fontanæblæi, quam ille qui Francisco Galliarum Regi attulit, Vitæ arborem cognominauit. Ex hac arbore, cum adhuc exigua admodum existeret, ramulos vulsimus: quos cùm olim Renatus Bellayus episcopus Cenomanẽsis, qui vnicè rei herbariæ studebat, nostra opera accepisset, eorũ alterũ domi suæ consæuit, alterũ verò in hortis diuæ Mariæ Lutetiæ, qui vsque eo excreuit, seseq; à solo erexit, vt proceritate longè parentẽ vicerit. Est & arbor alia in eiusdẽ loci hortis regiis enata, quã Pinastrũ esse asseuero, cùm tamẽ præ dicto nomine ab eo qui Regi donarat appellata fuerit. Nunc videndũ est an notæ huius arboris Vitæ, cũ eadẽ quã iã in Asia & monte Tauro obseruaueram, cõueniant, qua multi iam nostra opera Galliæ horti virent. Ea rectos promeret ramos: nisi parũper ad foliorũ productionẽ reflecteretur. Ramos mittit genicu lo bene robusto arctissimè caudicẽ amplectentes, in quibus folia Cupresso simi lia essent, nisi supra inuicem sessilia, & compactili nucamento procumberent. Ramus totus cum foliis applanatus videtur esse, eo inquam modo, tanquam si quis studio eum prelo presserit. Arbor hæc in tantam altitudinem apud Fontanæblæum excreuit, vt quanuis nondum nonum excesserit annum, brachio tamen elato à quolibet procero homine vix possit ad eius cacumẽ pertingi: Ea nondum semina prompsit. Gustata folia amara sentiuntur & odorata maximè ad Saluiam accedentia. De cortice nihil adhuc certi tradi potest, quo ad in ampliorem vastitatem excreuerit.

Glaius.
Hyæna.
Brutes.
Claudius Cæsar.
Arbor vitæ.
Arbor vitę in hortis diuæ Mariæ.
Alia arbor vitæ.
Arboris vitæ descriptio.

D

De Cedria, Piſſæleo, Cedræleo, & aliis permultis rebus quæ ab iiſdem arboribus proficiſcuntur.

Cedria.

QVum iam ſatis abundè de omnibus Cedri ſpeciebus ſigillatim dictum nobis videatur, ſupereſt vt nunc quoque Cedriam perſequamur. Cedria ex quauis reſiniferarum materia, modò pinguis ſit, promiſcuè fieri poteſt. Sed non quemadmodum quæuis Picea Cedriam facit, neq; quæuis Cedrus pinguis eſt. Ex Larice porrò modò materia pinguis ſit Cedriam facimus. Nec mirum cuiquam videri debet, ſi Cupreſſum Cedriam efficere poſſe dixero, atque etiam Betulam, ex quibus eam fieri poſſe aſſeuero. Nec minus eſt diſſimulandum ex Iunipero Cedriam fieri, quam omnibus aliis poſthabendam cenſeo, omnium nempe deterrima iudicatur. Vulgus oleum de Cade vocat. Cedriam parũ quid à Pice liquida abeſſe, poſtea indicabimus. Suã vbique in Gallia Arabicam appellationem retinet. Vulgus noſtrũ Rothomagi, Lutetiæ, Lugduni, apud quos copioſiſsima eſt aliunde aduecta Katranum vocat. Cedriam Plinius ex tæda fieri lib. 6. cap. 11. his verbis teſtatur: Pix liquida, inquit, in Europa à tæda coquitur, naualibus muniendis, multóſque ad alios vſus. Lignum eius conciſum furnis vndique igni extra circũdatum feruet: Primus ſudor aquæ modo fluit canali: Hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis ineſt, vt in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfuſa ſeruentur. Mox ſubdit: Sequens liquor iam craſſior Picem fundit. Hæc rurſus in cortinas æreas conjecta igni ſpiſſatur (contextus Plinij acetum habet ſed ego ignem lego) & coagulata Prutiæ cognomen accepit. Hæc à priore pice differens, colore rutilante, & quòd pinguior eſt. Deinde addit. Primus liquor ſeroſus & liquidior nigerrimus eſt & odoris grauiſſimi. Sequens paulò craſſior, poſtremus durior minúſque olens. E Tæda cum liquida tum dura omnia illa fiunt. Dioſcorides cum Cedriam exponit. Cedrus, inquit, arbor magna eſt ex qua picem colligunt, quæ Cedria vocatur. Mox, Cedria (ait) optima eſt, craſſa, perlucida, grauis odoris: quæ dum effunditur non diſſipata coit: Cui ea vis ineſt, vt defuncta corpora conſeruet, & viuentia corrumpat. Qua ex cauſa mortuorum vitam aliqui appellauere. Hæc Dioſcorides. Quod ſi aliquis ante eum Cedriam, mortuorum vitam appellauit, oportuit certè corpora, quæ ea condiebantur à Græcis fuiſſe cognita: quæ nunc errore nefando vulgus Mumiam appellat. Veſtimenta quoque, & pelles eximia calfaciendi, & ſiccandi dote, illam corrumpere tradit. Quare autem pelles dicat, interpretor, quòd in pecudum pellibus aſportari olim, vt nunc etiam in oriente in vtri-

Betula cedriã facit.

Ex iunipero cedriã fieri.

Oleum de Cade.

Katranũ.

Pix liquida.

Cedrium.

Prutia pix.

Teda picẽ liquidã & durã facit.

Cedria.

Mumia.

bus fit, soleret. Scribit præterea Dioscorides magnum esse illius ad lucernas vsum, quem locum Marcellus, aliter quàm Ruellius vertit. Plinius verò sequutus Dioscoridis sensum. Cedrus magna, inquit, quam Cedrelaten vocant, dat picem quæ Cedria vocatur, dentium doloribus vtilissimam, frangit enim eos & extrahit, dolores sedat. Cedri succus quomodo fieret iam diximus, magni ad lumina vsus ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora incorrupta æuis seruat, viuentia corrumpit: mira differentia, cùm vitam auferat spirantibus defunctis pro vita sit. Plinius secutus planè singula, quæ à Dioscoride referuntur censet Cedria nos tutò in lucernis vti posse, ni fumus capitis dolorem inferret. Hinc meritò quis dicat Cedriam medicamentum esse liquidum, cum idem autor iam ante picem liquidam vocauerit, Cedriã Auicenna Serbin sua lingua vocat. Sed Serapio Kitram. Non est aspernãda Arabum sententia in hac nostra tractatione, quandoquidem Turcæ vtentes barbaris appellationibus, Si ad Arabicam conferantur suas voces in exprimendis omnibus madicamentis ab Arabibus oriundas habent. Cuius rei periculum feci: Siquidem Troadem visens, quò Troiæ illius antiquæ ruinas conspicerem ad Sesti & Abydi arces, ad fauces Bosphori appulsus, intellexi naues Propontide egressuras in Hellespontum deuenire cogi, atque illic tres dies continuos ancoras iacere ante portum in statione ad arcem, vt Turcæ patrio more diligenter per hos dies, quid in naue vehatur, quærant. Est enim consuetudo vt antequam externi homines in Mediterraneum delabantur nauem lustrent, quærentes an aliquis ex fugitiuis ergastulorum suorum intro suppressus sit, mitius tamen cum Turcis agentes: nam si prospera sit nauigatio statim soluuntur. Quod si forte in ea disquisitione Turcæ quempiam ex seruis fugientem in naue delitescentem deprehẽderint: nauclerus & mercator magna pecunia mulctantur. Negotiatores autem ac cæteri vectores interim & Cedriam & Picem à Turcis emunt quam vulgus Turcarum, vt Gallorum quoque katranum vocat. Proinde Turcæ tantam etiam nunc Cedriæ quantitatem parãt in Asia vt inde ad varios humani generis vsus per totum orbem immensum librarum transmittant numerum. Turcis solenne est cum pecudes deglubunt, ex pellibus omnibus vtres facere, quibus quicquid liquidum est impositum apud eos venire solet. Ideo apud Sestum in cellis videas pecudum vtres Cedria plenas, quarum singulæ maioris non væneunt quàm Ducato. Hæc est Cedria qua Aegyptij olim sua funera asseruabant perennia.

Cedrus magna.
Cedrelate Cedria.
Cedria.
Pix liquida.
Serbin.
Kitran.
Sextus.
Abydus.
Hellespontus.
Cedria.
Pix.
Katranũ.
Vtres Cedria plenas.

Noſtrã vulgarem Mumiam (quæ antiquorum ſeruãtum corpus eſt) ex Cedria potiſsimum fieri ſolere, Priſcorum autoritate hic confirmatur.

POſteaquam de Coniferis arboribus ſcribere, atque his ea adiicere quæ ab iiſdem proficiſcuntur, ſtatutum eſt, Cedrorúmque hiſtoriam iam dixerimus, reliquum eſt vt Cedriam quoque cum iis, quæ à Cedro nomen habent, perſequamur, quod ab hac corpora in Aegypto æuis ſeruanda condirentur, idque ſeruati cadaueris, aut medicati corporis nomen antiquum habuiſſe Dioſcorides, Galenus, Paulus, & Aëtius multis verbis de hoc ſeruato cadauere, vt & de Cedria meminerunt, quorũ autoritate noſtram vulgarem Mumiam veteribus non fuiſſe ignotam probari poteſt. Hoc autem ex Galeno 7. de Simplicium medicamentorum facultatibus conſtat, vbi de conditaneo cadauere ſiue medicato funere loquitur. Cæterùm, inquit,

Mumia vulgaris.

Cedri Oleum.

„ Cedrea (vocatur ita Cedri oleum) quartum etiam ordinem videtur attingere quemadmodum calida, ſimul & tenuium partium. Mollem itaque carnem
„ prompte, citraque dolorem putrefacit, ſimul alia omnia, quæ cum eiuſdem ſint
„ in calefaciendo ordinis, adiunctam etiam habent ſubſtantiæ tenuitatem. At
„ in duris pluſculo tempore, & vix effectum poteſt conſequi. Porrò omnia ta-

Septicamedicaméta.

lia medicamenta Septica vocantur, & Septa: ſed inter ſeſe maioris minoríſq;
„ ratione diſſident. Eſt autem in hoc genere medicamentorum ex primo & in-
„ firmiſsimo ordine Cedrea, pleráque enim eorum admodum ſunt efficacia. Ta-
„ lia itaque & mortuorum corporum carnes corrumpunt, ac Cedrea exiccat, ſi-
„ múlque à corruptione tuetur corpora demortua: vt pote humiditates eorum de-
„ paſcens. Cæterũ ſolida corpora haud attingẽs. At in viuentibus calor ipſe, qui
„ in corporibus eſt Cedreæ vires adaugens, cauſa efficitur, vt tenerę ab ea carnes
„ deurantur. Hactenus. hic Galenus Cedream corpora demortua tueri, & à corruptione vindicare palàm ſcribit, vt pote quæ humiditates eorum depaſcatur. Ex quo liquet hanc eſſe materiam, qua, (vt ipſe ſcribit), corpora condiebantur. Corporis humani oſſa etiam duriſsima quæque, vt ſunt radij & vlnæ, clauiculæ, vertebræ, ſcapulæ, in ſumma totius Scoleti compages ſubire humore enim plena nigro dum franguntur, apparent. Oſſium quoque ſubſtantia amplius eſſe alba deſinit, ita vt nigra & fragilia euadant, ex quibus coniicimus teſte Galeno, materiam illam, quæ ſic corpora cadauerũ

Cedria oſſa duriſsima Subit.

cõdiebat, liquidam fuisse, quæ ita ossium cauitates impleret. Quam rem Dioscorides iam ante Galenum, scripserat, dum apertè conseruatorum cadauerum in cap. de Cedro. mentionem fecit his verbis. Ea, inquit, Cedriæ vis inest, vt defuncta corpora conseruet, ὅθεν inquit, καὶ νεκρῶν ζωλὼ τίνες ὠνὴν ἐκαλέσαντο. id est, Qua ex causa & mortuorũ vitam aliqui appellauere. Hîc Dioscorides apertissimè vulgarem Mumiam, siue cõditum corpus describit. Galenus variè Cedriam nominat, modo resinam, modò lachrymam, modò picẽ, modò Cedriam. Nam illam quæ ex Cedro arbore manat, Resinam appellat, seu crudam lachrimam, ad discrimen eius quæ coquitur. Quæ autem à Cedro proficiscuntur aut sponte effluunt, vt resina, aut lachrima: aut arte parantur, vt Cedria. Sed hæc, vt iam dixi, vi ignis elicitur, quæ re vera à Turcis, melius multò quàm à Cretensibus perficitur. Si quidem ad Dicteum mõtem liquorem humidum, quem è tæda coquunt, multò durioreẽ eliciunt, quàm qui ad Idam Troadis hanc præparant. Illi etenim tedas in assulis sub Dio asseruant & in sole insitam humiditatem per totam æstatem exuere sinunt. Hi verò recentem Picææ præpinguem caudicem in assulas scindunt, ex quibus furnum concameratum grandem admodum complent, occludẽtes vndique, meatum tantùm in summo relinquentes, non ampliorem quàm quo hominis caput possit intromitti, ligna supra accenduntur, atque ita paulatim aduruntur. Interea liquor per meatum, qui sub furno est subterraneo in suam foueam delabitur. Is autem initio liquidus fœtidúsque est, qui è scrobe concha in ouium pellibus excipitur, aut cucurbitis, aliisue lagenis. Quod ex eo magis coctũ est, retorridum fit, pixque euadit. Sunt qui ex Cedria picem hoc modo faciunt, quicquid in scrobem defluxit incendunt, & ligneis longuriis miscent. Cunque sufficienter coctã esse sentiunt, solertia quadã totũ ignẽ à pice extinguũt, atque in scrobes vicinas forma quadrata suffossas (quo melius & facilius possint transferri, elutriãt & refrigerare sinũt. Sed inter coquendũ Cedriã vt pix fiat, rustici plerunque carniũ frusta in eã iniiciẽtes, tantisper ibi feruere sinunt donec probè excocta sint, quibus illi postea vescantur. Verùm quoniã è Cedro per multa fiũt, quæ vulgaribus etiam nominibus variè nuncupantur, melius vt ea intelligantur, paucis id perstringẽdum putauimus. Est medicamentũ, quod Græcis Cedreleon à Cedribus nomen habuit. Cuius Plinius lib. 15. cap. 7. meminit, quod quemadmodum ex citro, inquit, & Cupresso oleum fit, Sic nucibus iuglandibus quod Cariynum, malis Cedri, quod Cedreleon. Hæc ille. Est autem differentia inter oleum Cedrinum duobus nominibus dictum, & Cedreleum vno nomine appellatum Gaza apud Aristotelem initio tertij capitis libri septimi de animalibus pro

Cedria mortuorũ vita dicitur esse.

Cedriam Gal. Variè nominat.

Dicteus mons. Ida Troadis.

Pix.

Cedreleõ. Citrium. Cupressinum. Cariynũ. Oleũ Cædrinon.

Oleũ iuniperinum. *oleo Cedrino Iuniperinum reddit. Pissæleom à Cedria separatum dum coquitur vellеribus supra halitum expansis fit, hócque est Pissæleon, quod aliqui oleum Cedrinum interpretantur. Ex quo liquet quòd Pissæleon à Cedræleo differt. Vulgus Galliarum habet aliquid quod Cedriæ aut Pici liquidæ prorsus respondeat. Duobus autem nominibus id appellare solet. Vno modo,* Huile de Cade, *alio verò,* du Tac. *Sed quemadmodum variam sortitur nomenclaturam, sic ex variis materiebus fieri consueuit. Sunt enim artifices, sed alioqui rustici, qui ex quibusuis materiebus veluti Iuniperi, Fraxini, Sabinæ, Cedri, & eiusmodi lignis adhuc viretibus, liquorem pici liquidæ aut Cedriæ similem exudare cogant: nam indigenæ Auignionenses, Prouinciales, & Linguoscitones eo maximè oleo vtuntur, quod ex Phœnica & Lycia Cedro fit, & duobus nominibus De cade Serbin vocãt. Id autẽ quo nostri hic in Gallia Celtica vtuntur, quod Tacum vocant. Verius è lignis Iuniperorum perfici videtur, ídque à morbo ouium cui mederi solet, nomen habet. Est autem contagiosa quædam lues, quæ populatim sæuit & interficit oues, in quo medendo rustici cum nobis doctores sint, eo opus habentes pharmacopolas adeunt, à quibus & Tacum postulant, quemadmodum in inferiori Gallia Ducade Serbin nomine quidem vulgari, sed quod Iudæi populum sic docuerint. Cùm verò Cedria liquidam picem referat. Superest vt de ea etiam quod reliquum est adiiciatur.*

Cedreleõ.

Huille de cade.

Du Tac.

Decade serbin.

Tacum.

Pix liquida.

Pix liquida. *Liquida pix nihil prorsus, aut saltem parum quid à Cedria differret, nisi minus cocta esset. Dioscorides vtriúsque Cedriæ & Picis liquidæ meminit. Plinius hæc de liquida pice habet: Pix quoque vnde, & quibus conficeretur modus, inquit, indicauimus. Et eius duo genera, spissum liquidúmque. Spissarum vltissima Medicinæ est Brutia, quoniam pinguissima & resinosissima. Vtrasque præter vtilitates, ob id magis rutila quàm cæteræ. Id enim quod in hoc adiiciunt, ex mascula arbore meliorem esse, non arbitror posse intelligi. Hactenus. Hæc quod pix liquida Brutia ex mascula arbore melior sit non eo modo legitur apud Dioscoridem. Nam, vt iam supra scripsi Dioscorides vtramque picem, haud secus ac Plinius habet liquidam & aridam, sed ex liquida aridam fieri his verbis docet. Liquida pix (inquit) decocta inspissam coit, quam vocant aliqui Palimpissam: quo in genere quædam visci modo lentiscit, Boscas cognominata, altera sicca est. Probatur pura, pinguis odorata, subrufa, resinosa*

Pix Spissa. Brutia.

Palimpissa.

Pix Boscas

Visci modo lenta.

qualis Brutia & Lycia, picis resinæque simul naturam habentes. Quantum ad picem attinet, liquida pix cocta coit in duram. Sic Cedria coctione paulum inspissata euadit in picem liquida. Ideo liquida pix est paulò Cedria durior, vt Cedria est liquidior. Vt autem Cedriam videas idem cum pice liquida esse, lege Plinij caput 11, lib. 16. qui hoc modo scribit. Pix liquida, inquit, in Europa è Tæda coquitur naualibus muniendis, multósque ad alios vsus. Lignum eius concisum furnis vndique igni extra circundato, feruet: primus sudor aquæ mode fluit canali. Hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis inest, vt in Aegypto corpora hominũ defunctorum eo perfusa seruentur. Hactenus ille. Sed & paulò post addit, Lentore ab alia pice differens Dioscorides in præfatione sui libri, Cedriam & picem liquidam habet. Aenea vasa, inquit, ocullariis medicamentis liquidísque, & omnibus iis quæ aceto, pice liquida aut Cedria componuntur, conueniunt. Hactenus. Liquidam picem Turcæ raro coquunt, sed Cædriam affatim. Hinc non vnus est picis liquidæ faciendi modus. Plinius Rabulanam picem condiendo vino idoneam scribit lib. 14. his verbis: Italiæ pars aliqua Rabulana pice: ac resina condire musta vulgare est ei, prouinciísque finitimis. Paulo post addit: Et in hoc tamẽ genere, & in omni alio submínistrant vasa ipsa cõdimẽtis picis. Addit Plinius lib. 14. cap. 20. Pix in Italia ad vasa vino condienda maximè probatur Brutia, quæ fit è Picea resina: In Hispania autem è Piceastris minimè laudata. Asia picem Indicam maximè probat. Indicam inquam nõ ex India, sed ex Ida monte, vnde Indicam nomen Græcia indidit. Macedonia Piericam, Vergilius Nariciam, sed ego Lariciam legendum censeo. Pix cùm liquida tum dura, fluxus est combustæ in tæda suæ resinæ, qui si è tæda humida manarit, liquidior existet. Si autem sub dio diu exsiccetur, durior inter vrendum euadet.

Rabulana pix.

Indica pix Asiç ex ida mõte Troadis.

Pix macedonica.

Pierica pix.

Lariciam apud virg. pro Nariciam lege.

De Picea & pice, & quid tæda sit explicatur.

CEdriam qua olim funera conseruabantur, è Picea & resiniferis fieri diximus atque quid de Picea à Theophrasto dictum sit & Pinu retulimus: nunc verò nobis visum est resiniferarum omnium sigillatim descriptionem tradere. Nam posteaquã Cedrorum genera descripsimus, optimum putauimus, vt ad reliqua coniferarum resiniferarúmque genera transiremus. Cedriam è tæda potissimùm fieri probabimus. Tæda autem pars pinguior cuiuscunque arboris coniferæ, sed maximè Piceæ esse ostendemus. Quocirca à Picea inchoandum duximus. Picea vox

Teda.

Pinus. πεύκος πίτυς

est Latina à Græca πεύκη deducta, ad discrimen Pinus quæ πίτυς Græcis dicitur. Vulgus Græcorum in hodiernum vsque diem Piceam πεύκος appellare solet, quæ apud eos, vt in nostra quoque Gallia vulgatissima est. Esset autẽ Picea nobis alioqui satis vulgò cognita, si diligentius perpenderemus: nam ea non tantùm in altioribus frigidorum montium iugis nascitur, descendit etiam in planitiem, vt in triuiali illo itinere quo à Lugduno Lutetiam itur, duobus

Mons Tarare.

ab vrbe diebus itineris, in transitu colliculi quem vulgus de Tarare, nuncupat, videre licet. Paruus hic Mons, paulo supra pagum sui nominis situs est, in quo piceas vbique enatas, & circummontem syluescere videbis. Incolæ piceas istas pinus agrestes pins sauuages *vocare consueuerunt sed falso. Nam*

Pinaster. Abies.

Picea, vt paulò post ostendam, à syluestri pinu, id est Pinastro longissimè abest. Abietes quoque in eodem tractu plures enascuntur, sed in alio quidem

Picea montana.

colle vicino. Piceam (vt dixi) sola satione euariare comperi. Montana etenim dissimilis est campestri. Picea cum primùm semine erumpit: nam (vt iam dixi) nec talea, nec surculo, nec propagine nec auulsione seritur, multiplicibus consurgit surculis rigentibus, & foliolis in gyrum singularibus in mucronem desinentibus, iuniperi folium tunc referentibus. Cum verò adoleuit, tum bina

Picea planiciei.

perpetuò folia ex tubulo oriunda conspiciuntur. At verò vbi in arborem excreuit, siquidem in plano extra syluas sita sit, caudicem contortum habet, subrubro cortice vestitũ, rimis hiulcum, atque vbi consenuit, fungosum. Mox vbi in ramos diffunditur, eos sinuosos, linentes, ac perpetua fronde virentes producit. Sed ea si sola in plano proueniat nunquam procera euadit. Sed mediocris arboris altitudine contenta esse solet. Comam in latum expatiantem explicat

Resina Piceæ. Pityne. Spagas.

materiam mollem, leuiter rubentem habet, cariei alioqui obnoxiam. Ramos fragiles profert, qui cum crepitu rumpuntur. Piceæ resinam exudant odoratã, subalbam, amaram πιτύνην Græcè spagas vero Latine dictam. Ramorum cortex feré similis est cum colore tum figura cortici caudicis laurorum: nam superior pars liuida. Folia piceæ exilia, rigentiáque semper gemina sunt, surculorũ tantùm vestientia fastigium, quorum color cinericius est. Materies piceæ medullam quidem habet, sed tam exigua est, vt vix appareat. Folia gustum subacidum & adstringentem præse ferunt. Piceæ rami in tria partiri gaudent vsque

Coni Piceę

ad extremos surculos. Coni piceæ caudici firmissimè hærent, qui semper retrogressi crassiori pediculo, adunco, breui, contorto annexi iunguntur. Picea, quæ in planis nascitur, mox ab radice brachiatur, cuius si caudex paulò profundius vulneretur, largam fundet resinam per initia liquidam, transparentem vt Laricis. Postremò albescit, & dura redditur: quæ si gustetur subamara cum iucunda

cunda quadam saporis gratia & aromatica sentietur. Nullos flores facere creditur, sed ego iulos, quos hyeme profert, florum loco esse censeo. Coni rudimentum paulatim capessens incrementum compactili congerie nucamentorum turbinatur, tuncque pediculum quo arbori inhæret rectum habet. Is autem postea augescens reflectitur. Piceæ in Corcyra nigra vastiores ficulus non attolluntur. Piceæ omnes radicem, tanquam palum, humi rectà defixam, lignosam foris nigrã, gustu acerbam habent. Piceæ quæ in verticibus montis vulgo Spachiæ dicti, olim Dictæi consurgunt, in vastitatem diffunduntur, atque altitudinem consequuntur: nam, cum iam Picea adulta est, tunc pini instar in vertices summos, hinc inde ramos diffundens comam facit latissimam: folia æquè, vt in reliquis perpetuò gemina habet, veluti ab vno tubulo ad ima annexa, gracilia, & oblonga, acuta. Ramos mox ab imo caule emittit. Ea annicula trunco glabro est prædita, Senescens verò caudicem consequitur scabrum, teneriores tamẽ ramuli glabri sunt. Hac nota à Picea, quæ in plano dissilit, differt, quòd conos impares quidem atque turbinatos habeat, sed non vt in iam dictis quæ in plano nascuntur retrogressi hærent: nec ita pediculo crasso firmantur, sed caudici infirmo pediculo annectuntur, quorum rudimẽta circa Martium mensem sese produnt, neque tamen illi primo statim anno matureſcunt. Ex huiusmodi picea, magna tædæ pars eius quæ in Creta nascitur, excipitur, ex qua Cretenses Tædarij picem & Cedriam conficere solent. Pagi, qui vulgò Spachia appellatur indigenæ, arborem circuncidunt, vt tandem morbosa fiat, & in tædam conuertatur, quod secundo tantum anno accidit: deinde ligna assulatim concidunt, ex quibus exsiccatis postea picem conficiant: nam ex humidis Tedæ lignis Cedria melius quàm pix fieri solet. Theophrastus capite tertio libri noni picis faciendi modum, qui suo tempore erat fusissimè describit. Cuius verba hîc adposuimus, quibus melius res tota intelligi possit. Picem, inquit, vrere hunc in modum consueuerunt, cum locum æqualem præparauerint, & veluti area facta concursum habente, in medium diligenter pauimentarint, truncos perfissos componunt: proximè sanè compositioni carbonem facientium, præterquàm quod sine fossa opus perficiunt, lignis erectis, & inter se cohærentibus, ita vt altitudinem assiduè pro multitudine capiãt. Quod fieri aiunt cum compositionem descripserunt circuitu centenorum octuagenorum cubitorum: altitudine verò cum plurimum sexagenorum, aut centenorum, & quinquagenorum ambabus, si tæda pinguissima sit. Cùm igitur tædam ita construxerint, & materiam pertexerint, aliqua terra superinfusa vndique, summa cum diligentia occultant, vt ignis nulla ex parte emicare possit. Pix enim

Iuli in Picea.

Picea Corcyrensis.

Radix Piceæ.

Picea dicti montis.

Folia Piceæ.

Conorum piceæ differentia.

Tedarij Cretenses.

Picem ex Picea fieri.

„ peribit, si id acciderit. Succendunt autem per aditum relictum: dein eam quo-
„ que partem stipant materiæ, & obstruunt terra, reliquasque omnes obser-
„ uant, & quacunque fumum protrudi viderint, scalis scandentes, terram
„ assiduè infundunt, quo nullo pacto flamma erumpere possit. Canalis verò per
„ medium structus aceruum, picem fluentem in foueam ducit, cubitis circiter
„ quindecim ab aceruo. Pix effluens tactu frigida fit. Vritur duos dies, & toti-
„ dem noctes cùm plurimùm: Sæpe enim postridie ante solis occasum exusta iã
„ est, rogúsq; cessit. Id enim euenit cum nihil reliquum est, quod amplius fluat.
„ Totum autem tempus, quo tæda vritur, vigilantes obseruant, ne quid ignis e-
„ rumpat, & sacrificant atque concelebrant precantes, vt pix sibi copiosa, bo-
Quomodo cretenses picem coquant. náque benignitate fiat deorum. Hæc ille. In Creta autem nostro seculo eodem
ferè modo picem excoquunt, parua ab iis quæ à Theophrasto differentia. Fur-
num in sublimi latum constituunt ad ima in angustum desinentem, qua parte
cratem paulò inferius construunt, deinde struem quandam lignorum superin-
iiciunt. Ignem postea desuper accendunt, qui oleosum ligni liquorem inferius
subsidere ad ima compellit, qui petens exitum per meatum descendit, seque in
foueam vicinam recipit, ex qua pix nigerrima emanat: quæ omnium optima
censetur. Nigrior efficitur, si ligna multum sicca fuerint, & multo magis si as-
sulatim scissa sub sole totam æstatem permanserint. Hoc modo pix fieri solet,
sed ex prima fouea ad minores transfunditur, in quibus cùm refrixit, cogitur,
atque induratur. Pix optima purissimáque, quam loca admodum aprica &
aquilonia præbent. Contra quam opaca, horridior limúmq; referens. locis enim
admodum depressis atque opacis, nec vllo quidem pacto picea gignitur. Piceã
Ida Troadis. Iuli Piceæ. quæ in Ida Troadis nascitur plurimum ab aliis discrepare comperi. Siquidem
in Ida, Martio mense breues iulos vt Coryllus promit: quo tẽpore Coni à piceis
montis Olympi decidunt, quod aliarum regionum piceis non accidit. Pedicu-
lus, quo Coni ramo adhærent, gracillimus est, quare cùm maturuerint leui ven
torum flatu deturbantur, decutiuntúrque ab arbore, cæterorum fructuum mo-
do, cùm tamen in aliis ferè omnibus anniculi, cum nuper nascentibus in arbo-
Ida Cretę. Lissa Illyric. Schiros. re permanere comperiantur. Quod in Ida Cretæ, Lyssa Illyriæ, & in Schiro
Cycladũ insula animaduertimus, & diligenter obseruauimus. At verò Picea
Picea iugi montis Olympi. quæ in Gallogræcia circa Abonimeniam vrbem & Cõtieum, quæ Turcico no
mine, Cute dicitur, & ea quæ in montis Olympi Phrygiæ iugo nascitur, ad cu
ius radices Bursa vrbs, de qua sæpe meminit Galenus celebris nobili emporio,
& balneis & infinitis Græcorũ & Romanorũ monumentis sita est, plurimũ
à se inuicẽ dissident eæ porrò, quæ ad summum montis Olympi cacumen, aut

aliorum gelidiſsimorum montium proueniunt. Abietis rectitudine conſtant, cortice (ſi ad alias comparetur) glabro & ſubalbido, ramos ſerie quadam in caudicis ambitu, abietis in modũ cruciformes, mittunt, haud ſecus ac Rubiæ folia, quæ quemadmodum circum caulem ſtellatim decuſſantur, ſic huius rami ex eodem geniculo ſtellatim prodeunt, non autem confuſo ordine, vt in aliis Piceis & multis arboribus tum Platano tum Fago, tũ cæteris aliis accidit. Paucioribus conſtat hæc foliis geminis, aliis quidem piceis ſimilibus, ſed minoribus: Conos vſqueadeo exiles, vt etiam maiores iuglãdis nucis magnitudinem non excedant, qui etiam facilimè ab arbore decidunt. Propontidis piſcatores, vt & Euxini ſubere carentes Picearum corticibus vtuntur, quos Vallachi ad eos tranſmittunt, quibus non ſecus atque ſubere ſuſtinendis ſagenis in piſcationibus vtuntur, quemadmodum & circa Athon montem cucurbitis. Inter reſiniferas pinus & picea (mirum dictu) erucis venenatiſsimis ſunt obnoxiæ, magis quàm quæuis aliæ ſui generis. Nã etſi ſæpius contingat, vt Abietes, Sapini, Larices, Pinaſtri in eodem quo piceæ ſunt tractu naſcantur, illæ tamen ab erucis immunes eſſe ſolent. Picea verò tam multis erucis ſcatet, tam in montibus quàm in plano, vt magna arboris pars albedine ceu telis arancarum obtegatur. Erucæ ſiquidem telas prætenues texunt araneorũ telis ſimiles, in quibus nocte quidem deliteſcunt, Interdiu autem cùm à frigore, imbre, vel Borea vento laceſſuntur intrò ſeſe recipiunt. Vbi verò dies eluceſcit, ita per ramos ſparſæ vagantur, vt tanquam apum examen altera alteram inſequens appareat. Interdum quoque accidit, vt piceas ſuis foliis denudent, eaſque ita erodant, vt totius arboris folia abſumant, nihílque niſi ramum relinquant. Pernicioſiſsimum veneni genus erucam eſſe compertum habeo, quod neque veteres latuit, quæ eas qui in pinu, & picea naſcuntur πιτυοκάμπας vocauerunt, noſtri pinorum erucas. Dioſcoridi id abundè decantatum eſt, cæteriſque qui eum ſunt ſecuti, qui tam exitialem veneni vim eas habere ſcripſerunt, vt his qui illas hauſiſſent aluum ac ſtomachum inflammatione torqueri, pruriginẽ concitari atque corpus totum exæſtuare facerent, multaque alia Symptomata excitarent. Quarum rerum dum rationem aliquam ipſe inueſtigare ſtudeo, cõperi tandem meo maximo malo, multa ab his hominibus incommoda prouenire. Siquidem cùm per locum in quo Piceæ conſitæ erant iſtis animalibus onuſtæ tranſirem, aliquótque ramos cum telis, in quibus erucarum examina latebant euulſiſſem, mecúmque linteis inuoluta detuliſſem, tandẽ poſt duos dies accidit, vt foras omnes per vnicum foramen tenue egrederentur, quas nuda manu prehendens in pixidem incluſi. At ille quæ multum firmiter pedibus in-

Coni exiles Piceæ.

Cortex Piceæ ſuberis vicem penſat.

Picearum erucæ.

Venenũ pinorũ erucis.

hærebant, & telæ quam semper quocunque eant nent sese firmauerant fortiori digitorum compressione vti me adegerunt. Quæ causa fuit cur earũ villos, id est, lanuginem omnem quibus ipsæ obsidentur attererem, in qua attritione villi in cute, atque etiam carne digitos meos subingressi effecerunt, vt tres integros dies tantum pruritus, caloris, & doloris acerbitatẽ sentirẽ, vt ne manũ quidẽ interim tangere, nèque in lecto noctu continere, nec propter cruciatum dormire potuerim, brachiũ verò collo adpẽsum esse per totum id tempus oportuerit. Erucæ istæ nonnunquã ad digiti minoris crassitudinẽ accedere solent, longitudine triũ digitorũ villis rectis vndiq; obseptæ, Sed si vilos abradas pellẽ nigricantẽ videbis. Vndecim ille intercipiuntur articulationibus, præter caput & caudã extremã: senos ad caput pedes habẽt, vnguibus vt Scolopẽdriæ aduncis præditos, alios autẽ deinceps in reliquo corpore à prioribus diuersos numero octonos habent, multis & tenuissimis crenulis serratos, quibus foliis inhærescere solent: nã in texenda tela, pedibus duobus anterioribus fila saltẽ ad texturã disponunt, & telã faciunt. Caput illis vt formicæ, reliqua facies vt in vulgaribus Pyrorũ aut pomorũ erucis, nisi quod villis inter se differant: nã villi laterũ albicant, in toto autẽ tergore fului sunt, maculásque torpedinis instar habent, quibus Acontius quoque Serpens suggillatur, quæ in tergore oculi imaginẽ describere videntur: formicarũ more cateruatim sese arboribus appendũt. Itaque Pinorũ & Picearũ erucas venenatas esse meo incõmodo cõperi, quorũ venenũ in villis existere manifestum est. Qui quidẽ vsq; adeo tenues sunt, vt si singulares fuerint visum facilè subterfugiant. Rigidi ita sunt, vt externã cutim vrtica fortius vellicẽt, meritò ergo interanea hausti valentius multo vellicare posse credẽdũ est. Pinastri corticẽ eã habere lenticiẽ, tenuitatẽ & glabriciẽ, vt corij modo ductilis sit, et acu subulaq; cõsui possit, nos postea suo loco dicemus. Piceæ autẽ cortices & Abietis, & aliarũ resiniferarũ agrestiũ quanuis adeo ductiles non sint, in magno vsu tamen rustici esse cognouimus. Ex eis siquidẽ vasa corbésque ac patẽtiora quædã ad messes vindemiasque cõuehẽdas faciũt, nec non prætexta quoque tugurioru. Piceã Plinius Theophrastũ sequutus in marẽ & fœminã diuidit. Alia etiãnũ, inquit, generibus ipsis in sexu differẽtia. Mas breuior & durior, fœmina procerior, pinguioribus foliis & simplicibus atq; nõ rigẽtibus. Lignũ maribus durũ, & in fabrili opere cõtortũ, fœminæ mollius, publico discrimine in securibus, ipsaque materies retorrida, & nigrior maribus radix. Circa Idã in Troade & alia differentia est, montanæ maritimæque. Nanque in Macedonia & Arcadia circa Elim permutant nomina, nec constat authoribus, quod cuique generi attribuãt, nos ita Romanos discernimus iudicio. Paulo post addit. Piceæ verò totis pãniculis abieti mari & fœmi-

Pithio cãparum descriptio.

Picea mas. Picea fœmina.

næ minoribus, gracilioribúsque minimis ac nigris. Propter quod Græci Phtyrophorõ eã appellãr. In cadẽ nucamẽta cupressiora maribus sunt, ac minus resina roscida. Itẽ eodẽ capite. Picea mõtes amat atq; frigora: feralis arbor, & funebri iudicio ad fores posita, ac rogis virens, iã tamẽ & in domos recepta tonsili facilitate. Piceæ rami penè statim à radice modici, velut brachia lateribus inhærent. Similiter abieti expetitæ nauigiis. Situs in excelso montium, seu maria fugerit. E diuerso materies quæ abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupásque & pauca alia secamenta Hactenus. Græci non illepidè hoc verborum inuolucro Piceæ & Pinus naturam explicantes, ita fabulantur. Pityn puellam fuisse olim perquam illustrẽ, vnice à Pane adamantam quam Boreas quoque rivalis deperibat vtrique addicta. Pani potius puella adhæsit, propterea Zelotypia stimulatus Boreas, Pityn in saxa propulsans neci dedit. Dolens vicẽ puellæ Tellus eam in arborẽ sibi cognominẽ mutauit, quæ immortali perpetuóque virore frondesceret. Pan, recognita, virenti eius ramo coronari se semper voluit. Luget adhuc arbor collachrymans, quod Boreas immeritã proteruo spiritu depulerit. Verùm quia dictionum affinitas πεύκη ἢ πίτυς, viros etiam accuratissimos fefellit, visum est hoc adiicere etiam

Picea fera lis arbor.

Piceæ arboris figura.

Larix. *Plinium ipſum in iis aliquando hallucinatum, vt ſæpiſsimè πύκνην Laricem verterit. Sed de hac re nos plura in Larice perſequemur. Reliquum eſt vt à Picea ad Pinum tranſeamus: vt autem melius intelligatur quam arborem hoc loco deſcripſerimus eius delineationem hîc apponi curauimus.*

Pinus.

πίτυς.

Pinus ſatiua. Pinus ſuæ ſpontis.

Pinus ea eſt quam Græci πίτυν dixerunt inter reſiniferas vſquequaque vulgo cognita eſt, vt longiori delineatione non indigeat. Pinus & ſatiua eſt, & ſuæ ſpontis arbor, & quæ non in hortis tantum conſeratur, ſed in Sylueſtri quoque loco ſponte enaſcatur. Multarũ regionum incolæ magnum vectigal in nucibus habent, præſertim cũ nihil eius nucleis aduerſus tuſsim efficacius inuenitur. De ea iam multa ante diximus. Maximus autem in materia prouentus eſſe ſolet, Sylueſtrem nihil prorſus quàm cultura à Satiua diſcrepare comperio, tametſi Pinaſtrum ſylueſtrem pinum dicant, de qua paulo poſt dicturi ſumus. Pinus locis permultis ſylueſcit, etiam in planis, vt in Galliæ Narbonenſi agro, & circa Maſsiliam, & in multis Italiæ tractibus, vt circa Rauennam, quo loco ſyluas ex ſe ampliſsimas facit, quæ non minus quàm Satiua conos admodum grandes producit. Satiuam intelligo eam quæ in hortis, pomariis aut quouis paradiſo colitur. Sylueſtrium ſemina ſi in cultum demandẽtur ſolùm, eaſdem proferre arbores, atque eoſdem fructus comperies, vt nihil inter eas diſcriminis inſit, niſi ſolius ſationis differentia. Pinorum nucleos qui à negotiatoribus vulgò vendũtur Sylueſtrium promiſcè & Satiuorum eſſe ſatis compertum habemus. Pini, Piceæ, & Alni caudices ad aquarum ductus cauantur in tubos, & obruti terra plurimis annis perdurant. Illi verò niſi contegantur, citò ſeneſcũt. Fortiores autem ſunt, ſi humore adhuc pregnantes terræ indantur. Allobrogibus & aliis montium incolis, hoc non incognitum, qui cũ longius à fontibus abſint, aquas per tubos deriuantes, quos ex coniferis fecerint, aliis omnibus, qui ex cæteris arboribus excauari ſolent, præferunt. Proditũ eſt è Pinu & Picea malleos maiores & vtiliores ſcandulaſque fieri poſſe, quàm è reliquis aliis. Reſiniferis autem materiebus factis præferuntur. Pinus atque Pinaſter ramoſo in vertice folia habent capillamenti modo, prætenuia, longâque, & in mucronem aculeata. Pinus fert minimum Reſinæ, interdum & nucibus ipſis Theophraſtus. libr. 3. cap. 15. ait. Pinus quoque benigna omnibus propterea eſſe putatur, quod radice ſimplici altaque ſit. Seritur enim ſub eam & Myrtus & Laurus, &

Pini caudices in tubos cauantur.

alia plærasque, nec quicquam prohibet radix quominus hæc liberè augescere ualeant, ex quo intelligi potest radicem plus infestare, quàm umbram quippe cum Pinus umbram amplissimam reddat. Iterum libr. 6. cap. 15. ubi interpres Pinum, radicem agere tæda totam refertam inquit, de Picea est intelligẽdũ ut ex eodẽ loco Paulò post. quæ in Tædam omni ex parte mutatæ sunt

Pinus.

obesitate mori tradidit, cum nullum transitum habeant, spiritus strangulantur, sicut animalibus accidit: de nostra pinu Theophrastus non intelexit, sed de picea. At hoc fusius in tæda dicetur. Pineis optimè lignis æs ferrúmque, inquit Plinius funditur, sed & Aegyptia papyro, paleis aurum. De pineis autem nucibus hoc adiecit. Grandissimis, inquit, pineis nucibus altissiméque à terra suspẽsis, intus exiles nucleos, lacunatis includi thorris uestitos alia ferruginis tunica, mira naturæ cura molliter semina collocandi. Harum genus alterum, Tarentinum digitis fragili putamine auiúmque expositum furto in arbore, & tertium Sapineum è Picea satiua nucleorum cute uerius quàm putamine adeo molli, ut simul mandatur. Quartum Pityida uocant è Pinastris singulari remedio aduersus tussim. Hactenus ille. Fortè autem is nostram Pinum hoc nomine intelligere uoluit. Siquidem ex arboribus coniferis duæ

tantùm sunt quarum nuclei edendo sint, Pinastri scilicet, & nostræ Pinus Ideo πίτυς non debuit ancipitem apud Theophrastum sortiri appellationem vt nunc Laricem, nunc Pinum, nunc Piceam intelligamus cum ea Pinu tantùm adscribi debeat. Sed quia Pinum iam descripsi, & iconem eius adposui superest, vt mox ad Pinastrum accedamus.

Pinaster.

DE Pinu iam dictum est, nunc quoque de Pinastro dicendum. Pinastrum vulgus Galliæ Celticæ Aleuo vel Eluo vocat. Qua autem ratione, mihi non constat Allobroges vnde istam vocem sortiantur, ignorant: tamen Aelianus Aleuam habet, quod non arboris, sed pastoris Thessali nomen est. Quam vocem apud Theophrastum ex versione latina frequenter legimus. Tamen arborem Theophrastus nusquam agnouit: non enim ea in Græciæ aut Asiæ montibus nascitur. Neque inter authores Græcos quispiam extat, qui de pinastro aut pinu syluestri meminerit, nisi is piceam fortè intellexerit. A pinu hæc plurimùm differt. Arbor enim est ramosa vt pinus, sed humilior, quanquam ad pini altitudinem plerunque attollatur, atque ad eandem crassitiem extuberet. Pinastri cortex glaber est, sed per ima terram versus in rugas vndantes passus comperitur. Supra verò per totum caudicem & ramis veluti leuigatus & perpolitus ac tenuis apparet: ex quo indigenæ pixides, Corbes, & multa alia suppellectilia politissima consuunt, Nam Corij vitulini modo ductilis est. Tota arboris moles acuminati fungi mentitur effigiē, vt quæ supra omnes alias conoidalem exprimat formam. Surculosa supra modum est, vnde rarò sinuosa conspicitur. Rami pinastri virides multo humore turgent, ita vt exiccati omnes in multas rugas contrahantur. Folia pinastri vt pinus longa sunt ac mucronata, sed in pinu duo tantùm insunt folia, contrà pinastro quina, alioqui toto habitu pinum refet. Vnde pinastrum appellandam meritò censui Abies, Cedrus magna, Sapinus & Larix ramos à caudicis lateribus extensos ac veluti in corporibus brachia, parumper arcuatos depromunt. Sed pinaster, pinus & picea distortos emittunt. Insignem hāc tibi habe de pinastro notam, quod folia ex crassiori surculo, pollicari crassitudine per tubulum promat quina simul coniuncta, ipsum surculum ambientia, quæ nonnunquam ita in extremo eminent gracilia, numerosa, vt crinitum quiddam constituant cæsariei referens effigiem. In his fœtus nouellus tāquam puluino à foliis fultus includitur. Siquidem in picea, pinu, Sapino &

Pinus.

Cortex pinastri coriū refert.

Abies.
Cedrus magna.
Sapinus.
Larix.
Pinaster.
Pinus.
Picea.

pino & Abiete, adueniente veris temperamento, germen in rami extremo pullulat, ex quo aliud deinceps augescens, rudimentum coni futuri eius anni depromitur. Sic etiam pinaster crassos in extremitatibus ramulos habet, ex quibus germina multis tuniculis circundata, ac folia ambientia mittit, inter quæ rudimentum fructus continetur, qui tandem auctus, in conum efficitur. Pinastro coni cæteris molliores sunt, ob id auiculis obnoxij quas vulgus Allobrogum Picquerellos vocat. Corpore sunt graculo persimiles, semper macilentæ, quo fit vt in cibos rarò transeant, plumas habent varij coloris. Magnan fructuum pinastrorum iacturam faciunt. Siquidem nucleos, quippe fragiles, rostro facillimè atterunt: quos ex conis mollibus forti morsu prehendunt. Hæc quidem cum his quæ Plinius scribit consentire videntur. Is enim pinearum nucum quatuor genera assignat, inquiens. Grandissimis pineis nucibus altissimè à terra suspensis, intus exiles nucleos lacunatis includi thoris vestitos, alia ferruginis tunica, mira naturæ cura molliter semina collocandi. Harum genus alterum Tarentinum digitis fragili putamine, auiúmque expositum furto in arbore. Hæc ille. Harum auium naturam non ignorantes incolæ, festinãt conos legere quos domum defferunt & exiccant. Plana pinaster & montium supercilia prorsus respuit, & quemadmodum Celtica herba, quæ vltima herbarum ex monte excelsissimo lecta est, id est, quæ nusquam nisi in iugis montiũ axcelsissimis, quæ à niue nisi duobus aut tribus totius anni mensibus immunia sunt, nasci recusat. Sic etiam pinaster vltima arborũ est, id est, quod in ea montis parte nulla alia arbor supra eam inueniatur, alioqui tamen rara non est. Nam si per Allobroges ex Gallia Mediolanum tendas, siue per montem Iuniperorum, aut per montem Senesium (quos Galli vocant mont Geneure & mont Senys) *nullum pagum in conuallibus reperies, qui pinastrum sub Elui nomine non agnoscat, Conos eius & fructus domi non habeat, & ex arbore resinam excipiat. Pinaster tantùm virorem induit, vt color eius in opacum ceruleum deficiat. Quòd si per illas conualles pergas, sursumque spectes, fieri non poterit quin pinastros videas, quæ altissima montium cacumina obsident. Quam obrem quum ad eas videndas accedere voluerim, vltra leucam gallicam sursum in montem mihi conscendendum fuit. Meridianum tractum vt Larix odit pinaster, nec grandines, niues, aut gelicidia reformidat, imò ab eis fouetur ac augetur. Extremi pinastri rami iam desiccati, si sine foliis sint, caules Semperuiui maioris referunt. Siquidem eadem ambobus crassitudo inest, ita vt simul collati eam-*

Coni Pinastri.

Aues nucleorũ pinastri voraces.

Spica Celtica.

Pinaster ex gregiè viret.

Semperuiuum magnum.

Pinaſter in horto regis Fontanæblæi.

dem alter alterius effigiem referat. Eſt etiam pinaſter in hortis Regiæ Fontanæblæi ex ſemine enata, altera arbor Vitæ dicta. Quis verò talem arboris huius nomenclaturam ad nos inuexerit iam ſuprà diximus. Ne-

Altera arbor vitæ.

mini autem antiquorum ea hoc nomine vnquam cognita fuit. Audio quendam ex nauigatione noui orbis inter ſuas merces, ligni eius, quod Vitæ lignum appellabat, multas arcas plenas reportaſſe, cum tamen Pinaſtri eſſet eumque Regi Franciſco omnium maximo, hoc nomine impoſturam facere non erubuit. Ex quo nihil eſt quod miremur ſi homines ille incautos, doctiſſimos alioqui, medicos fallere potuerit Quibus primò impoſtoris dolus non ſub-

Lignum vitæ.

oluit. Lignum hoc album erat fungoſum, leue, ſuo adhuc cortice obductũ, quod nulli vnquam non modò prodeſſe potuit, ſed valde obfuit. Cuius incommoda cum multi magno ſuo malo ſenſiſſent, illud ab vſu abdicandum, non minus quàm nuper Chinnam omnium calculo cenſuerũt. Quod ego de Luſitanorum

Chinna. Saſaparilla.

quoque Saſaparilla faciendum iudicarim. Fontanæblæi pinaſter arbuſcula eſt perpetuò virens: hanc cum prima fronte vidiſſem ſtatim pinaſtrum eſſe deprehendi, cum ex caudice, tum cortice, ramis, & id genus peculiaribus notis. Ea

Fontanæblæi. Pinaſter.

intra quinquennium ad viri altitudinem adoleuit. Ramos in girum circum caudicem eo ordine, quo in Sapino & abiete dicetur promit, per interualla habitu cruciformi. Folia habet, vt pinus ſed exiliora atque ex eodem ſurculo ſimul per ima tubulo inuoluta quina vel ſena. Perpetua fronde veſtitur. So-

lertis naturæ induſtriam, qua in hac arbore in emittendis vere germinibus vſa eſt ſubticendam non putauimus. Nam ab arborum extremitatibus germina numero quinque veris tempore emergunt, quorum id quod in medio aliorum eſt, craſſiori corporis tuberculo conſtat, quàm cætera quæ in lateribus ſunt. Paulatim autem incrementum capeſcens folia & fructus parturit. Cuius deſcriptionem ſi cum ea quam in montibus feceram cõferas eandem eſſe comperies. Sed hæc fructum nondum edidit. Ne autem temerè id pronunciaſſe videar, reipſa & argumentis veriſſimam pinaſtrum eſſe oſtendam quam Allobroges

Aleuo.

Aleuo appellant: cuius cum ago ſemina multis locis conſeuiſſem arbores mihi procrearunt ei perſimiles, quæ in horto Regio viſitur. Romanis in vſu pineas eius fuiſſe veriſimile eſt. Cum enim ſingulis hominibus hoc ſolenne ſit ex ſuis vel minimis etiam rebus velle aliquid quæſtus reportare, Allobroges apud

Genus pinearũ Tarentinum.

quos tanta eſt harum copia Romam venales eas deportaſſe credi par eſt. Siquidem cum nucleorum pinearum nucum, quatuor à plinio tradantur fuiſſe genera, quarum poſteaquam de alta pinu ſcripſit adiecit & Tarentinum ge-

nus alterum digitis fragili putamine, auiúmque expoſitum furto in arbore,

Icon Pinaſtri.

adducor, vt credam Tarentinæ nomine hanc de qua loquor Pinaſtrum intelle-
xiſſe. Tibulum arbo- Tibulus
rem aliã huic gene- arbor co-
ri ſubiecciſſe videtur nifera.
his verbis. Eaſdem ”
arbores alio nomine ”
per oram Italiæ quos ”
Tibulos vocant plæ- ”
rique arbitrantur, ſed ”
graciles ſuccinctio- ”
réſque & enodes, li- ”
burnicarum ad vſus, ”
penè ſine reſina. Pi- ”
naſtrum autẽ ſic de- ”
ſcribit: Pinaſter, in- ”
quit, nihil aliud eſt ”
quàm pinus ſylue- Pinus ſyl-
ſtris mira altitudine, ueſtris.
& à medio ramoſa, ”
ſicuti pinus in verti- ”
ce. Copioſiſſimã dat ”
& hæc reſinam.

Tæda.

NVllam eſſe arborem, quæ peculiari nomine Tæda vocetur Theo- Tæda.
phraſti autoritate fretus & Dioſcoridis affirmare auſim. Nam tæda pinguor Piceæ tantùm pars eſt. Coniferarum equidem arborum materia ob vitium pinguis facta (ſi modo fiat) tædæ nomine uocari poſ-

» ſet. Dioſcorides nempe in capite in quo de Picea & pinu agit hoc modo ſcribit.
» Tæda, inquit, Piceæ & pinus particulatim ſecta, ſi in aceto coquatur, & decocto dens colluatur, dolores leuat. Eadem fere verba Plin. lib. 24. cap. 7. hinc mutuatus videtur. Tædæ inquit in aceto decocto dentiũ dolores efficaciter colluũtur. Præterea cũ de pice liquida differit. Pix liquida inquit quã alij Conũ vocant, è pinguiſſimis Pini piceæque lignis cõgregatur, lignorum nomine tædam intelligens. Eſt præterea locus apud Dioſcoridem primo capite de oleo cãdido, vbi tædã fuſius deſcribit, hæc inquiẽs. Poſtea tædæ præpinguis piceæ aſſulatim cœſæ æquale pondus adiicitur, & tranſactis octo diebus oleũ cõcha mouetur. Ex quo liquet tædam præpinguem picæ partem eſſe. Plinius quoque in hunc modum ſcribit: De Tædis lignorum cõbuſtis, tritiſque in mortario carbonibus, atramentum librarium conficiunt. Item lib. 16. cap. 12. Manifeſtè Tædam è Picea peti ſcribit. Aperitur picea è parte ſolari, inquit, non plaga ſed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, vt à terra cubito cum minimùm abſit, nec corpori ipſi parcitur, vt in cæteris, quoniam haſtula in fructu eſt. Verum hæc terræ proxima laudatur, Altior amaritudinem affert. Poſtea humor omnis è tota confluit in vlcus. Verba hæc à Theophraſto deſumpta ſunt quibus tædam à picea peti ſatis comprobatur. Item paulopoſt ſcribit. Inter hæc genera proprium quidam fecere Sapinum, quoniam ex cognatione earum ſeritur, qualis dicta eſt in nucleis eiúſque arboris imas partes tædam vocant, cum ſit illa arbor nihil aliud quàm Picea, feritate paulũ mitigata. Hactenus. Paulò poſtdum de arborum natura per ſitus differit, inquit, Montes amat Cedrus, Larix Tæda, & cæteræ è quibus reſina gignitur. Locus iſte mihi admodum ſuſpectus eſt: nam Tædam dum dicit putatur etiam piceam pinguem intellexiſſe, quum eandem reſiniferarum generi adſcribat. Poſt Laricem enim, quam quintam ordine conſtituerat, hæc addit. Sextum genus eſt Tæda propriè dicta, abundantior ſucco, quàm reliqua, parcior, liquidiórque, quàm picea, flammis ac lumini ſacrorum etiam grata. Quod ſacrorum lumini gratam ſcribit, id de ligno eſt intelligendum: nam ſi aliter haberet, certè ſui generis arbor eſſet. Sed quoniam mox eodem capite ſubiungit Laricis morbus eſt, vt Tæda fiat, planè perſpicuum eſt arborem ſui generis non eſſe, quippe ſi morboſa Larix deficiat in Tædam, neque ex Larice fieri Tæda niſi viciata morbo poteſt. Hinc pálam eſt, Tædam arborem peculiarem non eſſe ſed de his in Larice fuſius dicetur. Gaza Theophraſti interpres πεύκην nunc Piceam, nunc Laricem vertit.
» Sed Plinius Laricem quandoque dixit. Tædam quoque Plinius alia ſignificatione aſſumpſiſſe videtur vt lib. 2. cap. 7. in quo de ſemper ardentibus locis
» hæc habet. Eadem in Lycia, inquit, Epheſti montes Tæda flammante tacti

Conus id eſt pix liquida.

flagrant adeo vt lapides quoque riuorum & arenæ in ipsis aquis ardeant, alitúrque ignis ille pluuiis. Theophrastus decimo quinto cap. lib. 6. de Tæda hoc modo scribit Radices, inquit, tanquam plantarum ventres esse, quoniam cibus in iis aliquatenus alteratur, quod etiam in arboribus constat quæ pingueſcere admodũ sunt solitæ. Picea enim radicem agit tæda refertã. Ratio eadem quæ in animalibus est, quòd pars alimenti, quæ ferbuerit, excoctáque sit, quoniam purgatissima est, assidet, & collecta densatáque pinguedinem reddit, reliquũ verò sursum transmissum, partes quæ supra terram eminent, nutrit, non per illã pinguedinem subiens, sed per alios quosdam meatus. Nam quæ in tædam omni ex parte mutatæ sint, obesitate moriuntur. Cum enim nullũ transitum habeant spiritus, strangulantur. Item cap. 13. lib. 6. inquit, Tæda quoque detracta Picea seruari potest. Hinc etiam pinguendo pro magno habetur. Sed hæc omnia cæteraque non nisi bene adulta sufferre possunt. Et hinc quanuis putruerint, seruari tamen, ac viuere queunt: Nam & Piceæ semper tædificare consueuit, sed cum viget ætatéque maior est. Caret enim piceæ tæda nouella, qua humorem nõ excoquit, neque aggregat, sed totũ ad germina incrementáque altitudinis absumit. Statim enim ac dilatari cœperit, vis illa & habitudo tædæ videtur consequi. Qui Piceas in Ida studio securibus prosternunt. Tædarij cõuenienti vocabulo dicuntur. Syce in picea dicta dũtaxat in fœmina prouenit, vt quæ minus tædacea sit, quàm mas, leuigatior ac probior cursu meatuũ. Ficũ vocãt Idei tædarij. Hæc ille. Tæda, à Græcis δᾶς & δὰ δᾳὸν vocata est, cuius tãtus fuit Romæ olim vsus vt vulgo etiã in foro vẽderetur, quẽadmodũ etiã nũc in Oriente, Vbi vulgus δαδὶ vocat. Nã & ipsi piscatores qui dormientes pisces in litore fuscina persequuntur, in magno vsu habent. Nos autẽ in mediterraneis tractibus eius loco cãdelis ex Sepo vtimur, cũ ea opus non habeamus. Materiã quæ medullã tædaceam ambit, Theophrastus Pinũ fœminam vocat. Ficũ, inquit, ab Idæis tædariis cognominari traditur. Siquidẽ pars interna rubicunda tæda est externa autẽ minusque tædacea magis albicat: nã cũ grandes arbores prostratæ sunt, partes candidæ ambiẽtes quæ cõputruerunt abscinduntur. In neruũ intus rubicũdũ, siue arboris medulã securis adigitur, inde Tæda nascitur. Ambiẽtes enim partes cãdide Sycæ cognominãtur, id est, ficus, quæ neque Tædã redolẽt, neq; ardent, sed ab igne resiliunt. Ex hoc Theophrasti loco Cæsarẽ & cæteros qui eũ sunt secuti detegitur ab eodẽ furtim surripuisse quæ illi scripserunt. Tæda itaq; non in quauis arbore piceæ inuenitur, sed in iis tantũ quæ vetustate conseuerũt: nõ omnis itẽ materies Tædã facit, sed solùm medulla. Teda à poẽtis etiã celebratur. Virgilius 6. Aeneidos cum de Miseni funere scribit, hæc habet.

Idei Tedarij.

Ficus.

Dormientes pisces.

Sycæ.

Locꝰ apud Theophrastum quo Cæsaris dictum deprehenditur.

Tæda poetis & Vergilio celebris.

Nec minus interea, Miſenum in litore Teucri
Flebant, & cineri ingrato ſuprema ferebant
Principio pinguem tædis & robore ſecto
Ingentem ſtruxere pyram. *Et Iuuenalis*
„ *—Si qua darentur*
„ *Sulphura cum tædis, & ſi foret humida Laurus* *Alibi quoque.*
„ *Pone Tigillinum, Tæda lucebis in illa*
„ *Qui ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant,*
„ *Et latum media ſulcum deducit arena.*

Larix.

Cedrus. Picea. Pinus. Pinaſter. Larix.

POſtquam Cedri piceæ, pini & pinaſtri hiſtoriam ſatis abunde deſcripſimus, conſequenter de Larice quoque dicturi ſumus. Larix ſola inter cætera reſiniferarum genera ſua folia hyeme exuit. Ex quo Plinium falli ſcimus, qui neque decidua eſſe folia eáque mucronata tradidit, neque vllo exhilarari flore putauit, non eſt alia ſui generis, arbor, ex qua multò plura petantur pharmaca, quam Laricis magno certè Allobrogum & incolarum Celticæ regionis prouentu. Laricem Græcia nunquam vidit, cuius ne ipſe quidem Theophraſtus vnquam meminit, vt quæ peregrina eſſet: tametſi Dioſcorides de ea aliquid dixerit, veluti de re externa pronunciaſſe videtur. A Gallia ſub alpina, inquit, Reſina liquida conuehi ſolet, quam vernaculo nomine Larica appellant incolæ. Præterea eodem capite in quo de Reſina liquida pertractat. Colore, inquit, reſinæ inter ſe diſtant, ſiquidem alia candida eſt, alia oleoſa, alia mellei coloris ſimilitudine ὥσπερ ἡ λάριξ id eſt vt Larigna. Ex quo perſpicuum eſt eum tanquam de re peregrina locutum: Nam quod Plinius libro 16. cap. 12. In Macedonia Laricem maſculam vri dicit, id de picea eſſe intelligendum ſatis planum eſt. Larix ſiquidem in macedonia naſci nuſquam viſa eſt. Quemadmodum neque Homerus vnquam de larice meminit de hoc iam in Thuia abunde diximus, vallis eſt paulò ſupra lacum Benacum, quæ a Laricibus ibi affatim naſcentibus, vulgò vallarice nomen eſt ſortita. Cæſaris Columellæ & Plinij authoritas, qui hanc inuectam flammis aſſeuerant, me olim eo perduxerat, vt in totum mihi viderer veram Laricem ignorare, ſed vbi contra quàm illi ſcribant vri eam poſſe animaduerti, malui in tanto dubio medicis & Philoſophis aſſentiri, quàm Cæſari, & aliis qui eandem ſectantur opinionem. Mirum certè eſſet, quum Larix

Thuia. Benacus Lacus. Vallarice.

ab omnibus in numero resiniferarum censeatur, eam tamen inuictam flammis nec magis quàm lapides vri: cùm arbores quæ resinam fundunt, ex quarum numero est Larix, plurimã ex se & oleaginosam substantiam emittant. Quo fit vt etiam facilius ab igne vincantur. Plinius tædam perperam ex morbosa Larice fieri autumat cum id Theophrastus de picea dixerit. Est autem tæda pinguissima piceæ arboris materia, ex quo sequeretur non tanta difficultate qua Cæsari placuit flammam eam recipere. Laricem nostri Melesam vocant. Melesa. *Atqui si Melesa Larix est, fortè Cæsaris Larix nõ est, quam se flammis inuictã vidisse scribit, cuius nullũ superstit reliquiarum vestigium: nã vix aliquod ligni genus apud Celtas nascentẽ videas, quod non ab igne vincatur. Sed Cæsaris verba hoc modo fortè excusari possent: Nam cùm corporis cuiusque proprietas alia ad suscipiendum ignem habilis sit, alia inhabilis, mirũ videri non debet, si tanta lignorum moles, quantam ipse refert, leuem flammam respuerit. Quid quæso imbecilla cremiorũ flãma grandi nocere trabi poterit? Enim* Imbecilla flãma grãdi trabinõ nocet. *verò grande corpus solidum, continuum, densum, cuiusmodi erant contignationes trabium viridium Laricis, difficilius alteratur, mutatur ac eo tum ad motum est, vt in ista grandi lignorum mole, quæ sustinuit insensibilem alterationem cremiorum ab igne. Etsi fasces igni habiles huic cõpagi admoti nihil profuerint, leuiter ferendum est: nam si illico fasces combusti sunt, & trabes flammis inuictæ ignis vim euaserint, integræ & non vstæ permanserint, id densitati referendum est acceptum, quod autem fasces ilicò ignem susceperint laxitati. Quamobrem non est mirum si trabes Laricææ ab igne inuictæ substiterint. Ob hanc rem Cæsar, qui etiam ista viderat, & quæ de Larice retulit vera esse posse putauit: id verò semper non accidere experientia abunde cõpertum est. Cæterùm vt quæ ad Laricis historiam pertinent persequamur, dicendum* Larix multa pharmaca promit. *Laricem inter cæteras coniferas arbores, multò plura quàm cæteras promere pharmaca, nempe resinam liquidam fundit atque etiam duram. Abies quidẽ hoc ipsum quoque facit. Sed abies nisi prematur nullam fundit, quemadmodũ neque Larix, nisi terebro pertundatur. Foramen in caudice transuersum excauandum est, alioqui minimam daret resinam, idque verno tempore. Larix est paulò humilior quàm Abies, illi tamen quandoque æqualis reperitur. Sapino autem Picea & Pinastro procerior. Laricis caudex qui terram pertingit, crassiori corticis callo cõstat, rimis profundis, hiulcis, liratímque patientibus, vsque ad ramos scabris panditur. Quem si securi profundius abscideris, colorem rubrum subesse comperies: qui quidem à ramis sursum glabris ex cinereo albicat. Larix, Sapinus & Abies in cuspidem mucronatæ turbinantur. Nam Pina-*

ster multò magis in Conum conglobatur. Sed picea & pinus veluti in umbellam diffisse suos ramos in latum diffundunt. Nulla huius generis arborum post pinastrum, frigorum magis patiens est quàm Larix, Picea vulgarior quàm Larix vbique ferè reperitur. In Germania tamen alioqui rara est: Siquidem mihi maximam totius Germaniæ partem vnà cum præceptore meo Valerio Cordo peragranti, nusquam in tota Saxonia, Bohemia, atque adeò Pomerania vel vnicam vidisse contingit, præterquam quod supra Enipontem admodum vulgarem offenderimus, Resiniferarum omnium quæ conos habent, sola Larix folio prædita est deciduo. Cùm itaque picea plurimùm à Larice dissideat, mirum vnde tantus error incesserit, vt etiam Plinius sibi ipsi imposuerit. Atqui quoniam Larici folia decidunt in hyeme, Martij initio pullulare incipit. Mirum est quod ab iisdem germinibus à quibus superiori anno folia deciderãt, eodem sequenti emergant, atque eodem ordine, ex vno surculo rotundo veluti eminenti ex ramo, quo quidem tempore coni quoque rudimentum cum foliis seorsim exoriri solet, qui intra magnitudinem Regiæ nucis adolescit. Rudimẽtum hoc vix è tenerrimo Laricis ramo piso maius emicat rotundum, procedente tempore longius tenuatur, augetúrq; fabæ ferè crassitudine, tunc colorẽ Amaranthi egregiè mentitur, vt arborem eleganti, rutilóque colore conuestiat. Quòd si vnum ex tenellis à ramo eruas veluti amomi floccum videbis. Nam cõpactiles sunt squamulæ eleganti rubro diluto rubicundiores, quam rem dignam iudicaui quæ hîc adscriberetur. Laricis coni anniculi, tam firmiter suæ arbori hærent, vt perpetuò veteres cum nouellis in arbore videantur, qui si ad semina legantur, in principio hyemis id faciẽdum, quum arbos sua folia exuit, alias post id tempus sese ita pandunt, vt nihil in se seminis contineant. Laricis folia numerosa sunt, sed exortus rariores habẽt, quia rariusculæ ex ramis tubercula illa quibus folia hærent in ambitum caulis disponuntur, quæ si à ramo vellas vnà cum foliis penicilli quo pictores pingunt, extremitatem habere te putabis. Quantum autem ad extremos Laricis ramulos attinet, graciliores sunt, quàm in quauis alia conifera arbore, ac magis flexiles colore sunt ex melino in rufum languentes, odore perquam iucundo Larices in monte Senesi nonnunquam Abietes vastitate æquant. Laricis coni pillularum Cupressi magnitudinem complent, sed paulò longiores sunt, breuique pediculo ramo annectuntur, ipsis ramulis retrogressi versus arborem accubant, gracillimis squamis, compactilibus, foliatis, alterutram amplexis, quarum quælibet nucleos binos foliatos alæ cicadæ similitudine, semen autem magnitudine seminis Cupressi, exiguóque includit. Hæc si Masticentur pineam planè nucem odore referunt.

Larix circa Enipõtem vulgaris.

Larix folio deciduo.

referunt. Folia obtusa, mollia & flexilia duum digitorum longa, leuiter compressa, fœniculi crassitudine circiter triginta simul cõiunguntur radiatim surculum ambientia, ita vt ocellus rotundus propter foliorũ compaginem in medio appareat. Saporis sunt minus quàm reliqua genera adstringentis. Pinum si atterantur odore referunt, folia sicca flaccescunt. Larix affinitate similitudinis Cupressum, mentitur Foliis ferè & conis. Laricem etiam semine adultam habemus vastissimam. Excreuit enim in hortis Domini Renati Bellaij olim Episcopi Cenomanensis tribus tãtùm milliaribus ab vrbe Cenomanensi. Quẽadmodum autẽ Galli Laricem Melesam vocant, Sic etiã huius fungum Agaricum Meleſſæ norunt appellare. De Larice Plinius lib. 16. cap. 40. meminit. Amplissima, inquit, arborum ad hoc æui existimatur Romæ visa, quam propter miraculum Tyberius Cæsar in eodem põte naumachiario exposuerat aduectam cum reliqua materie, durauitque ad Neronis Principis amphiteatrũ. Fuit autem trabs è Larice longa pedes c x x bipedali crassitudine æqualis. Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo fastigium ad cacumen æstimantibus. Demiranda est Plinij sententia, qui Laricem in aquis mersam non fluctuare tradidit cap. 39. libro 16. Spississima, inquit, ex omni materie, ideo & grauissima iudicatur. Ebenus & Buxus, graciles natura in aquis fluitant, nec suber si dematur cortex, nec Larix. Hæc ille, qui etiam eam cariem sentire tardissimè scribit eo quod in humore sit præcipua. Laricem in maritimis nauibus obnoxiam teredini aiunt. Quædam enim in mari, quædam in terra vicinis opportuniora. Viscum quod in Larice & Abiete nascitur ἔλυμι Græci dicunt, cuius mas fertilis est fœmina sterilis. Cum itaque Larix in Græcia non nascatur, id Piceæ aut Pino debetur, quemadmodum etiam quæ iam lib. 16 cap. 12. de Larice scripserat. In Macedonia, inquit, Laricis masculæ materiam vrunt, fœminæ verò radices tantùm. Qui tamen eam paulò ante flammis inuictam esse volebat. Præterea alibi Laricem quinto Resiniferarum generi adscripsit. Libro enim 16. cap. 10. Situs, inquit, idem, eadem facies, Larix vocatur. Materies præstantior, longè incorrupta vis, emori contumax, Rubens præterea & odore acrior, plusculum huic erumpit liquoris melleo colore, atque lentiore nũquam durescentis. Item paulo post. Omnia vero ea, inquit, perpetuò virent, nec facilè discernuntur in fronde, etiam à peritis, tanta natalium mixtura est. Sed picea minus alta quàm Larix. Alio item loco Larix, inquit, crassior leuiórque cortice, folio villosior, pinguior & densior, molliórque flexu. At Piceæ rariora, siccioráque folia, ac magis algentia, totáque horridior est

Cupressus.

Agaricum.

Liquor melleus Laricis.

„ *& perfusa resina. Larix vsus radicibus non repullulat, Picea repullulat. Hactenus Plinius, qui cum multa de Larice dicat, ea ex Theophrasto habet, quæ prorsus Pino aut Piceæ debentur. Item cap. 9. lib. 15. etiam scribit.*

„ *Sic certè, inquit, Tyberius Cæsar concremato ponte naumachiario Larices ad restituendum cædi ex Rhetia præfiniuit.*

Laricis figura.

Quanquam multa de Larice apud Theophrastum quemadmodum lib. 6. cap. 24. legantur hoc modo: De cacuminationis demutilationisque ratio in paucis cogitanda est. Pauca enim sunt quæ emori ea de causa possunt, quippè decacuminatione. Abies Pinus, Larix & palma dumtaxat pereunt. Ista tamen Larici non debentur. Latinus enim caudex à Gaza cõuersus Laricem quidẽ habet, sed ex voce πεύκη redditam. Theophrastus autem Pythios nomine nusquam Laricẽ comprehendit, imò de Larice mentio nunquã apud eum reperitur. Superest vt de Agarico, id est Laricis fungo aliquid dicamus.

Agaricum.

Demiror ego Neotericos quosdam non credidisse modò, sed etiam prodidisisse Agaricum in alia arbore, quàm in Larice nasci. Dioscorides quidem ex conifera arbore agaricum alia quàm in Larice nasci posse putauit, nõ in Gallia, sed in Asiæ Galatia scripsit. Verũ non in quercuũ caudicibus in Gallia, vt illi autumant. Falluntur præterea qui glandiferis arboribus dotem ferendi Agarici tribuunt, Quẽ admodum enim neq; quæuis Larix Agaricum promit, sic neque omnis Picea Tædam. Est locus apud Plinium lib. 16. cap. 8. quem, vt genuina lectio consiet sic ego legendum conseo. Galliarum resiniferæ maximè arbores Agaricum ferunt. Quo quidem loco vbi quædam exemplaria perperam glandiferarum habent, ego coniferarum, aut resiniferarum legendum puto. Nam glandiferæ arbores nullo modo genuinum Agaricum producere possunt. Quis autem in medicina eius sit vsus, non est præsentis instituti dicere: ea etenim tantùm quæ ad historiam eiúsque naturam pertinent scribere volumus. Maximus eius nunc in tingendis purpuris egregio splendore cocco fulgentibus infectoribus est vsus qui olim ignorabatur. Nec mirum est rarum inuentu esse, cum ex decem millibus Laricum arboribus, vix vnam Agariciferam comperias, non nisi autem ex annosis Agaricum produci in confesso est. Non tamen quanuis etiam annosam Laricem Agaricum gignere comperimus: multa siquidem milliaria cum per montes iter faceremus emensi sumus, antequam arborem aliquam quæ Agaricum funderet, inueniremus. Quod si quispiam tum in vallaricem, tum in Brianſona appulerit, & versus montes contenderit, multas quidem ille Laricis arbores videbit. Sed totum fortasse diem ante peragrarit, quám ei contingat vt vel vnam Agariferam offendat. Sed cum semel indigenæ matrẽ quandam compererunt hanc diligenter obseruare solent, tanquam ex qua prouentum annuum se consequuturos sperent, neque tamen quotannis, sed alternis tantum annis ad eam accedunt, quo fungos in ea enatos carpant. Agaricum vt non nisi certo quodam anni tempore, sic nec impunè se legi patitur, non nisi enim ab his qui artem legendi tenent, sine noxa auferri potest: non autem vno impetu, vt fungus terræ erumpit, sed paulatim & per vices incrementum capiens augescit: non tamen, sicut eum videmus friabilem, leuem, exsuccum, sed fungus copioso humore madens conspicitur, qui tractrici quadam facultate spongiæ modo humorem in arbore pertrahens nutritur, & plantæ modo augetur. Quod quidem cum in statu suo est (nam habet & suum in-

Agaricum

Picea Tæda.

Agaricum rarum inuentu.

Vallarice. Brianſona.

Agaricum vix sine noxa legitur.

crementum, ſtatum & declinationem,) ſi incautè legeris, maximo te afficiet nocumento. Ideo perſæpe ruſticos Symptomatibus grauiſſimis & maioribus quàm Thapſia, lædere conſueuit. Cuius illi rei non ignari maturitatis tempus expectant: Nam ſi iam maturum legant, nullam noxam ſuo halitu adferet, alioqui ſecuribus cum cortice abſcindunt faciem auertentes. Si agaricum in naſcendo rimam in cortice nactum ſit, in longiorem fungum augebitur: ſed ſi locum habeat capacem in latum diffundetur: vbi verò non ex rima, ſed ex medio quodam erumpit, tunc in turbinem extuberabit. Quæ cauſa eſt cur in diuerſas formas excreſcat. Nam certus eſt illi in arbore naſcendi ritus. Aliàs enim in caudice verſus cacumen, aliàs iuxta terram, aliàs circa medium caudicem, ſed nunquam in ramis prouenit. Ideo cum per montem ad inquirendum Agaricum mihi eundum eſſet, & ducem haberem qui multas matres agnoſceret, ſine ferreis vnguibus, quos Italicum vulgus Scalpheronos vocat incedendum non fuit. Nam qui ad prærupta illa loca ſe conferunt, veluti hi qui Capreas & Ibices baliſta arcúue, aut miſsili glande ac tormento venantur, eadem opera iter conficientes in venatione Larices obſeruant, ad quas ſi agarici vel rudimenta animaduerterint, cum legendi tempus appetet, reuertantur. Alias enim ſi acciderit, vt fruſta iam magna licet immatura reperierint, ea tamen carpunt, maximo hominum damno. Magni ſiquidem interſt colligendum refert, vtrum perfectum ſit an imperfectum. Illi verò & ſi proteruè ſe agere norint, quòd Agaricum immaturam legant, eum tamen quæſtum prætermittere nolunt. Nam qui primus in ſyluis Lariceis Agaricum in arboribus offenderit, liberè illud legere poteſt. Agaricum non reperies, quod non Larici in excelſiori montis iugo hæreat, quod tamen ſi diutius arbori inhæreat vitioſum euadit, fitque carioſum & ſquallidum, ita vt etiam tandem fatiſcat & in puluerem redigatur. Multum itaque intereſt quo tempore legatur: nam quodcunque Agaricũ ſi poſt duos annos decerpatur, vitio nõ carebit, quemadmodum neque illud quod ante annum à matre decerptum fuerit. Tempus autem legendi debet ante hyemem eſſe: nam per æſtatem ſuam conſecutus eſt magnitudinem: Nec eſt committendum vt ſucco madens, cuiuſmodi eſt in vere dum augere incipit, legatur: tunc enim, vt recens ſpongia, grauis eſt odoris, & ponderoſum, ita vt illud ſtomachus non facilè patiatur, quin in vomitiones effundatur. Autumnale verò, quippe iam digeſtum, & cæterorum fructuum inſtar probè coctum, benignè corpus ſoluit. Non ita diſtinguendum eſt Agaricũ, vt mas in Larice mare, fœmina in Larice fœmina gignatur: ſed aliunde petẽda eſt differẽtia quæ iã abundè à multis authoribus tũ Dioſco-

Scalferoni ſunt ferrei vngues.

Maturum aut immaturũ Agaricum.

Vernum. Agaricum.

Autumnale. Agaricum.

Agaricum mas.

Agaricum fœ.

ride dicta est. Nihil prosus fungus ipse hyeme augetur: Ab initio autem veris vsque ad Autumnum incrementum suum habet. Nã quum primùm ver appetit, humor quidem per quosdam meatus extra corticem expellitur, qui concretus ita augetur, vt suam magnitudinem intra annum assumat.

Sapinus.

SI Gallico nomine Sapinum appellare volueris, nõ dices du Sapin, *cùm id nomen Abieti debeatur. Gallicè autem dicendum* Suiffe, *&* du Sap. *Abies. Ne autem eandem arborem Abietem & Sapinũ esse credamus facit, quod vtranque dictionẽ à Latinis vsurpatam fuisse videmus. Plinius enim libro 16, cap. 39 scribit. Cato, inquit, hominũ summus in omni vsu de materiis hæc adiicit, Prelum è Sapino alta potissimùm facito. Item libro 15, cap. 10. hoc modo Sapium habet. Harum genus Tarentinum, inquit, digitis fragili putamine, auiúmque expositum furto in arbore, & tertium Sapineum. Atqui vt qualem arborem Sapini nomine intelligere velim palam sit, singulas eius notas vnáque illius Iconem adiiciã. Recto, vt plurimum, assurgit caudice vt abies, atque eadem ferè altitudine. Quamobrem parum refert si eum fœminam Abietem esse pronunciauerimus. Est autem ea sui generis arbor, quæ ad eam altitudinem assurgit, ad quam mas: quãquam vt etiam & in abietibus nonnũquam reperiantur quæ pumillæ sunt, & à sua altitudine & rectitudine desciuerunt, humiléque permanent. Ramos abieti similes mittit, sed pendentes, vt in Iunipero maiori dicetur. Tota arbor Abiete surculosior est, sed folia eadem sunt, hoc dempto tamen, quod in abiete singularia vtrinque pectinum modo cohæreant. Sapino autem ramusculum nullo seruato ordine circundant, leuiter mucronata, & ferè teretia, cũ in abiete obtusa sint, & compressa. Sapinus virore herbaceo exhilaratur. Picea tamen eo multo magis pallescit, vnde etiam Sapinus à longinquo solo aspectu ab aliis discernitur. Rami in caudice debitũ seruant ordinẽ, qui sursum renittuntur, sed surculi graciles permulti dependent. Caudicis cortex ex cinereo in liuidum colorem pallet, aliquantulum scaber. Conos profert omnibus aliis numerosiores & longiores, admodum conspicuos ab extremis ramis versus terram pendentes, qui pudendum virile extensum, cùm longitudine, tum crassitudine mentiuntur. Vnde nomen obscœnum apud Allobroges & Lugdunenses consecuti sunt. Diutissimè illi in arbore pendentes permanent, sed cùm consenuerint, squamas suas ex quibus conus constat, aperiũt, tunc seminũ pars maxima sua sponte decidit. Squamæ porrò bina granula in paruis torulis sub-*

Du Sapin. Suiffe. Abies. Du Sap. Sapium. Sapineũ. Abies fœmina. Sapinus. Picea.

sinu fouent nigra, vt piceæ paulò tamen maiora, quæ in Larice flaua sunt. Conos cimicibus obnoxios habet, à quibus etiam in arbore eroduntur, quas si digito attriueris, teterrimum odorem senties. Formam illæ etiã cimicum referunt. Sapinus situm in sylvis consecuta in quibus nasci gaudet, in tantam vastitatẽ assurgit, vt Abietem eminus esse diceres. Arbor ipsa enodis tota est. Quod si caudex passus rugas contraxerit (vt plerunque in antiquis fit) nõ heæ lyratim abeunt vt in larice aut vt in picea, profundis rimis descẽdũt, sed veluti crispæ dissiliũt. Sapinus ad trabes & asseres faciendos idonea censetur. Sed vbi Larix copiosa nascitur, Sapini asseres non magno sunt in precio. Tubis ad aquarum ductus conficiendis non æquè ac Larix aut Abies idonea est. Primum enim probitatis materiei locum ad tubulos faciendos Larix, deinde Picea, postremò Abies, vltimo loco Sapinus sortitur. Atqui quoniam materia eius rara & laxa est, ab omni intestino opere abdicatur: quocirca eam rustici omnibus aliis lignis propter suam mollitiem postponunt. Sed cùm caudex est integer, satis firmus quidẽ est, vt ex eo asseres fiant, portarum repagula & valuarum: alioqui accendendo igni tantùm est aptus.

Sapini arboris delineatio.



Abies.

Gallicùm latius sese extẽdant, res singulas variis idiomatibus nũcupare solent, quod in hac Abiete fit. Sunt enim qui Auetum no Auetum.
mine Allobrogico & Aluernico Abetum ad Italicam vocem Auctum magis accedentes appellant. Sunt qui dicant du Sapin, *alij* du Sap. Sapin. Sap.
Arbor est post Cedrum inter resiniferas excelsior, & erectior, & enodior, quæ conum sola Cedro dempta versus cœlum tendentem mittit. Græci vsque in hodiernum dient Elaten nominant, hoc à montis Athos Calloieris accepi. Hanc si marem vocemus ad discrimen Sapini, quam Abietem fœminam esse posse tradidi nihil refert. Abieti folia vtrinque pinnata ordine dispositа insunt, quæ virore magis diluto prædita ac subalbida conspiciuntur, obtusa, lata & breuia, pertinacissimè hærentia, nec per hyemem decidua. Cacris in abiete vt in Larice ac Picea nascitur, quam etiã tota hyeme perdurare Theophrastus tradit. Quid autem Cacris sit, anceps est dicere. Posset enim Cacris pro cono assumi, sed robora Cacrin etiã ferre Dioscorides tradidit. Est autẽ in Abiete Cacris excrementum quoddam, Laricis coni referens effigiem, foliolis tenuibus circumstipata pillula. Hæc omnium coniferarum altissima & rectissima est, quæ propter leuitatem ad naualium malos antennásque cæteris arbo- Sapinus.
ribus præfertur. Demiror Plinium decorticatam abietem Sapinum vocasse Abieti, inquit, quæ pars à terra fuit enodis est: hæc qua diximus ratione fluitata decorticatur, atque ita Sapinus vocatur. Superior pars nodosa duriórque ”
Susterna. Ideo Romæ infernas Abies supernati præfertur. Est per gentium Susterna.
quoque regiones illis differentia alpibus Apenninóque laudatissimæ. In Gallia Iura, ac monte Vogeso, in Corsica, Bithinia, Ponto, Macedonia: deteriores ”
Aeneatica & Arcadica: pessimæ Parnasica & Euboica, quoniam nodosæ ”
ibi & contortæ putrescentesque facile. Hæc ille. Hoc tamen mihi aliquãtum duriusculum videtur, quod Plinius Abieti folia pungentia esse dixit. Id etenim in nostra nunquam deprehendimus, quæ tamen apud nos vsque adeo promiscua est, vt omnes etiam hortorum areæ illa consitæ sint, nisi quispiam illum Sapinum intellexerit, quam Abietem fœminam vocari posse iam ante diximus, cuius folia in extremo aliquantulum rigentia sunt: Huic quidem sententiæ facilè adstipularer, nisi natales repugnarent. Ipsa siquidem non nascitur, nullamque aliam omnes Græci noscunt Abietem, quàm eam cuius mox Iconem dabo. Theophrastus lib. 5. cap. 4. quærit, cur fructus aliquando sine foliis nascantur, & præcipuè de Abiete quam Lucinas augures vocant. Aëre

namque eblandito atque remisso erumpere plurimum solent, vbi intestinus humor collectus, & exterius quoque occurrens concreuerunt, atque in rotundum conglobati fuerunt. Abies admirationis præcipuæ in naui visa est, quæ ex Aegypto Caij principis iussu, obeliscum in Vaticano circo statutum, quatuórque truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit, qua naue nihil admirabilius visum in mari, certũ est. CXXM. *modium lentis pro saburra ei fuere &c. Arboris eius crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat, vulgóq; auditur octoginta nũmorũ & pluris malos venũdari ad eos vsus. Firmissima id tectum Abies. Eadẽ valuarũ repagulis & ad quæcunq; intestina opera aptissima, siue Græco siue Cãpano, siue Siculo fabricæ artis genere spectabilis. Eam Plinius valde proceram arborẽ scribit cap. 7. lib. 17. Quid enim, inquit, Abiete procerius? Item cap. 10. lib. 6. Abies, ait, è cunctis amplissima est, & fœmina etiam prolixior, materie mollior, vtiliórque, arbore rotundior, folio pinnato, denso, vt imbres non transmittat atque hilarior. At verò si quis cõtenderit eam quam scribo Eleatem Græcorum quidem esse posse, non autem Abietem Latinorum huic respondere possum omnes interpretes pro Elate arbore Abietem semper vertisse, si à natalibus*

Abies.



Abies fœmina.

à natalibus describere Abietẽ incipiam. Vidi enim ex semine nuper enatam. Prima Abietis folia, in gyrum lata foliola septena stellatim decussat. Iam hominũ diligentia, ita vulgares, & populares existunt, vt earum iam plurimas in multis hortis ex nostris seminibus enatas vt & Cedrum magnam, Laricem, Piceam, & Sabinã videre liceat. Quod si ex Plinio expungamus mucronem nihil dubij relinquetur. Cõstat autem Abietem æque in planicie excrescere & attolli, modo seratur, atque in monte sua sponte adolescit. In abiete florem nunquam vidimus. Theophrastus tamen multis locis florem illi croceum tribuit, his verbis. Nulla inter vrbanas est flore vel bicolore vel pleno, vel si qua sit syluestris profectò est, ceu Abies. Flos enim eius Croceus, & illi qui in mari externo rosis colore similes tradunt. Abietis masculæ primori parte nucleos habent, non item fœminæ. Piceæ verò totis panniculis, minoribus gracilioribúsque minimos ac nigros. Quod Græci in Abiete Lusonvocauere, ei respondere reor quod in Larice Aegida appellauimus. Arbores abieti similes in alto cubitali altitudine gigni traduntur quibus adhereant conchæ. Abies. Floret. Abietes marinę.

Cupressus.

QVum nullus extet antiquorũ qui de Cupresso melius quàm Theophrastus scripserit, & Plinius sua quæ de Cupresso habet inde transtulerit, idcirco Theophrasti verbis mihi potius hîc insistendum duxi quam aliorum. Conifera arbor Cupressus est & resinifera, cuius coni Galbuli & pillulæ nominantur. Hæc olim funebris arbor habita est, ideo apud multas gentes in Cœmiteriis seri postea cœpta, quemadmodum apud nos Taxus: vulgo quoque credita est Plutoni sacra esse, ideo feralis, & ante defuncti domum poni solita. Cupressus tametsi aduena, & difficilimè nascentiũ fuerit, tamen nunc tã mares quàm fœminas vulgò satas, præcipuè apud Turcas, non in hortis modò, in quibus vbique propagari cœpere, verumetiam in agris seri & collibus solere comperio, ita vt circa Bizantium colles Cupressis pubescere videas, quemadmodum etiam in vineis ac sæpibus. Algorem Cupressus non facilè tolerat, quanuis Theophrastus Cupressum in frigidissimis montibus prouenire posse putarit in Leucis scilicet (Plinius albos vertit) & Ida montibus frigidissimis eam erumpere scribens. Leucos autẽ montes vulgus Græcum Spachiam, quemadmodũ, Idã Psiloritum mutatis antiquis appellationibus nominat. Ego verò & si hos mõtes peragrarim, ac quomodo Cupressi enascantur, diligenter obseruarim, nullam tamen vsquam in eorum iugo na- Cupressus conifera. Cupressus resinifera. Cupressus mas. Cupressus fœmina. Leuci mõtes. Albi montes. Ida mons.

ſcentem deprehendi: illud autem eò forſan à Theophraſto dictum eſt, quod in montium iugis eam naſci intelligat, neque niſi in meridiana parte montis. Nam veriſsimum id quidem eſt in excelſiſsimis quibuſcunque montibus, vel in Aethiopia ſitis, tametſi planities æſtuantiſsima ſolis vi flagret, attamen ſupra iugum in æditiori montis parte, algorem ita vim ſuam exercere, vt illic nix toto anno appareat, cuius rei Arabice mõtes thuriferæ Idæi & Dictæi, & Leuci Cretẽſium exẽpla eſſe poſſunt. Siquidẽ nix, vbi in iugis toto ferè anno apparet, quũ tamen planities ad radices montiũ æſtu flagrent. Non abs re igitur illic Cupreſſi in ruderibus, mõtium ſuperciliis & incilibus ſua ſponte enaſcuntur. Cupreſſi ſylueſtres in Creta vt plurimum non altiſsimè attolluntur, humiliori enim ſtatu ſunt contenti patulam diffundunt comam, & caudicem craſſum efficiunt: contra quam ſatiur ſeſe ſurſum extollentes in longitudinem aſſurgẽtes meta in faſtigium conuoluta tenui folio breuiq; & virente ſuperueſtiente. Theophraſtus lib. 4. de hiſtoria, cap. 1. de Cupreſſis ita ſcripſit. Verùm id quoq;, inquit, pro modo ſuæ cuique telluris »
» *uenit. Itaque in Creta inſu-*
» *la montibus Idæis Leuciſque vocatis ſuper ſumma quibus nix nunquam deeſt, Cupreſſum comperiri affirmãt. Nam id genus ſylua plurimùm & in mõ-*

Cupreſſus.

tibus & omnino in Insula est. Hactenus. Locum istum Plinius ex Theophrasto in hunc modum transtulit. Illa verò, inquit, etiam non appellato solo, ac sponte, maximéque in Idæis montibus, & quos albos vocant summisque iugis, vnde niues nunquam absunt, plurima, quod miremur alibi non nisi in tempore proueniens, & nutricem magnoperè fastidiens. His Theophrasti & Plinij verbis hoc addendum putaui, quod in Creta Cupressorum syluas nequaquam comperias, sed sparsim hîc vnam, ibi aliam in abruptissimis locis: aquas enim odit. Quæstuosissima hæc Cretensibus esse solet, quòd eius materiam affatim externis diuendant. Caudicis Cupressorum Cretensium, ex crassitie comprobabis, quod vel arcas ex asseribus quatuor pedum latas videre possis. Cũ autem Cupressi materies oleosa & veluti resinacea sit, pici faciendæ Tædæ modo idonea esse creditur, quæ vel ex hoc maximè laudatur, quòd vetustatem neque caríem sentiat, & bonum semper odorem referat. Sed hoc peculiare habet in Creta quod ab incolis succisa ex cespite tamen regerminat, vt nepotes stolonésve ex radicibus ceduæ syluæ modo procreentur, qui tandem in maximas arbores excrescant. Cupressius initio cum erumpit primis annis morosa est, sed ea etiam ita coerceri potest vt tonsilis fiat in densitate parietum, gracilitatéque perpetuò tenera, trahi etiam in picturas opere historiali, venatus classes ne & imagines rerum. Dioscorides de Cupresso multa admodum medicamenta habet, sed eius descriptionem tanquam rem satis vulgo cognitam tacuit.

Syluas de se non facit Cupressus in creta.

Resinarum ratio.

Hactenus coniferas arbores descripsimus. Nequid verò integræ earum historiæ deesset, resinas quoque, quæ ab his profluunt, subticendas non putauimus. Resinarum tamen appellatio multò latius patet, quàm a vulgo facilè intelligatur. Quæ cum ex multis & variis arboribus defluant, multi tamen authores è coniferis illas peti intellexerunt. Sed cum latius se expandat resiniferarum arborum definitio quàm coniferarum, nunc de tantùm his me locutum intelligi volo, quæ conos producunt. Cuiusmodi est Cedrus, Picea, Pinus, Abies, Sapinus, Larix, Cupressus, & id genus aliæ: reliquas enim que humorẽ non resinam exudant, ex professo reliqui, quod ad hoc nostrum institutum non faciant. Eas autem asseruamus, vt cum ex ternis stirpibus describantur. Resinarum duo summa fastigia tantùm ab authoribus traduntur, liquidarum scilicet

Resina quid.

Resini ferre arbores quæ.

& aridarum, de quibus seorsim nobis erit dicendum. Magnam hodie impo-
sturam à multis in resinis liquidis committi video, siquidem eam quam Dio-
Oleosa resina. *scorides Oleosam vocat, (quæ Abietis resina est) ab omnibus nostri temporis*
medicis & Iatraliptis pro Terebinthina vsurpari palàm est: cùm tamen vera
Terebinthina. *Terebinthina non sit liquida, nec adeo retorrida, sed mediam quandam ha-*
beat inter vtranque consistentiam, qua nos caremus, quod ea deserit amplius
ad nos ex oriente adferri, licet vulgò in Turcia vendi soleat. Hanc negotiato-
res Memphis & vrbium aliarum Aegypti, Siriæ vt & Græciæ non igno-
Thus. Mastiche. Strobilina. *rant. Illa vt & resinæ omnes aliæ vetustate sicceſcit, quemadmodũ & Thus,*
Mastiche, Cupressináque Iuniperorum, & Strobilina. Terebintinam itaque
Terebinthina. *primo loco nominaui, quòd eam autores cunctis anteponant. Secundum locum*
habet Lentiscina, quæ Mastiche nominari solet. Magni refert quomodo resi-
Lentiscina. *niferæ arbores excindantur, vt ab eis resinam collachrimare cogamus. Siqui-*
dem qui in Chio insula Lentiscos colunt, non secus atque nos vites, suam il-
lis operam perpetuò præstant, ita vt etiam sub ipsis Lentiscis humum assi-
duè scopis mundent: nam Lentisci lachrima humi concidit, non autem
ipsis arborum caudicibus hæret. Totum certè tempus in putandis, colen-
dis, & adornandis arboribus terunt. Incisis autem à germinatu caudici-
Mastiche. *bus collachrimatur Mastiche: De qua multò plura infra dicemus. Hic*
Cedria. *autem de resiniferis arboribus dissero, à quibus Cedria præcipuè excoquitur: cuiusmodi sunt quæ à Theophrasto libro nono capite secundo referun-*
Tæda. Abies. Picea. *tur. Resina verò, inquit, in hunc modum fieri solita est. In Pinu quidem vbi*
iam vulnerata arbore Tæda detracta est, resinam hauriunt, sic enim in vul-
" *nus inuectum, humor copiosior confluit: In abiete verò & picea cum lignis*
" *degustatis vulnus intulerint: haud enim quamque secretionem modo eodem*
agi mos est. Hactenus. Est apud Plinium locus qui Theophrasto refragatur.
Lentiscina. *Nam cùm Theophrastus Terebinthinam, Lentiscinam & Cupressinam resi-*
Cupressina. *nam velit esse duram. Plinius lib. 24. cap. 6. summas species duas faciens siccã*
& liquidam, siccam è pinu & Picea fieri, liquidam è Terebintho, Larice,
Pityine. *Lentisco, & Cupresso scripsit. Sed ego duram cum Theophrasto interpretor. Et*
Pityine Græcis à Picea ortam. Falluntur qui contendunt eandem esse arborem
Piceam & Laricem: nam Plinius expresse eodem capite hæc verba habet.
Spagas resina. *Falluntur, inquit, qui resinam eandem putant esse è Picea atque Larice. Picea*
" *enim pinguem & thuris modo succosam fundit (hanc ille Spagas alibi nomi-*
" *nauerat) Larix gracilem ac mellei liquoris virus redolentem. Medici liquida*
" *rarò vtuntur, & in ouo ferè è Larice propter tussim vlceráque viscerum. Nec*

pinea magnoperè in vsu: cæteris non nisi coctis. Hæc ille. Sed Terebinthinam in duplici differentia constituit, liquidam scilicet & siccam his verbis. Arborum differentia, inquit, placet Terebinthina, odoratissima atque leuissima, nationum Cypria & Syriaca, in vtraque mellis Attici colore. Sed Cypria carnosior sicciórque. In sicco genere quærunt vt sit candida, pura, pellucida. In omni autem vt montana potius quàm cãpestris, item Aquilonia potius quàm ab alio vento. Si itaque Plinius Terebinthinam resinam candidam, pellucidã & puram in sicco genere quærit, aliam esse à liquida (si modo vlla sit) necesse est. Resinarum ferè omnium Dioscorides notitiam habuit, earũ inquam, quarum vsus in officinis est. Siquidem dum resinas seorsum explicat, scribit colore potissimùm inter se distare, quarum, inquit, candidas, alias esse, & oleosas, alias mellei liquoris similitudine, vt Larigna, quam Lariceam nostræ officinæ vocant. In Italia largatum vulgò vocatur, in Gallia simplici nomine Terebinthina. Dioscorides Larginam resinam liquidam semper constituit: quam vulgus rerum imperitũ è Laricæ terebrata desumi existimat. Oleosam autẽ liquidam resinam ἐλαιώδη vocatam quid sit ille non exprimit, Sed ego in præsentia quid sit dicturus sum. Illa nisi manu premeretur nunquam sponte ab Abiete proflueret. Italicum vulgus suam in hodiernum diem retinet appellationem ad Græcæ dictionis nomenclaturam, quam Olio Daueto vocat, quasi Abiegnũ oleum diceret. Bellè autem Italica vulgaris appellatio ad oleasam Dioscoridis Resinam adstipulatur. Gallia nostra paulò infœlicior fuit in eius exprimenda nomenclatura, Falso enim nomine Terebinthinam venetianam vocat ad alterius Laricæ Resinæ differentiam, quam suo cognomento Terebinthinam communem vocat. Sed Italicum vulgus, vt in priore abiegna oleosa non est hallucinatum, ita in Laricea quoque proprium nomen retinuit, ad Latinã vocem alludens, Largatum eam appellans. Huius tanta in crispandis pannis fit dissipatio, vt multò maior eius sit apud pãnorum detonsores vsus quàm in medicina. Oleosa itaque resina siue Abiegna, siue (vt Italis placet) olio Daueto, reuera ab abiete exprimitur. Qua autẽ ratione id fiat nunc dicemus. Dei Opt. Maximi bonitate factum est vt quæ naturæ quadam prouidentia abstrusa erant, ea hominum sagacitate in lucem proderentur, ac in varios illis necessarios vsus transirent. Nam etsi oleum istud sub tuberculo corticis Abietis abditum delitescat, incolas tamen non fugit. Qui enim pecora pascunt, interdiu ne desidia torpescant vaccinum cornu vacuum dextra manu tenentes ad Abietis syluas accedunt. Illi autem cùm in nouellas adhuc abietes inciderint: siquidem in earum cortice nullam rimam apparere viderint, oleum subesse

Terebinthina.

Candida resina.

Oleosa resina.

Mellei coloris resina.

Olio d'Aueto.

Abiegnũ oleum.

Terebinthina venetiana.

Terebinthina communis.

Largatum.

Abiegna resina.

ſtatim coniiciunt: nam glabro cortice veſtitam Abietem tuberculis ſcatentem comperiunt, quum tamen annoſorum cortex in rugas contractus nullos tuberculos oſtendat. Ideo nouellarum prædicta tubercula, ſic labij cornu premunt, vt liquorem inde oleoſum intrò detrudãt. Neq; tamen hoc modo quàm diligentiſsima etiam adhibita opera, vltra vncias quatuor in dies legere poſſunt. Siquidem ſingulare quodque tuberculum, non vltra quàm guttam vnam aut alteram continet. Illi verò cùm per totum diem multa tubercula ſuppurauerint, tamen ſecum perbellè actum putant, ſi cornu vnum quod quatuor vnciarum cappax eſt, oleo plenum abſtulerũt. Ex quo quidem fit, vt reſina hæc cæteris rarior ſit, maioriſq; vẽdatur. Dioſcorides liquidæ & aridæ reſinæ mentionem fecit his verbis. Quæ verò aridarum generi adſcribuntur, quædam (inquit) ex pineis nucibus, aliæ abiete, aliæ picea, & pinu exierunt. Eligi debet longè omnium odoratiſsima tranſlucens, non retorrida, nequa diluta, quandã ceræ faciem præbẽs & friabilis. E picea & Abiete reſinæ cæteras antecedũt. Odoratæ enim ſunt, atque thus odore imitantur. Præſtantiores Pityuſa inſula deferuntur, quæ ſecundum Hiſpaniam ſita eſt. Sed quæ è picea nucibus pineis & Cupreſſo manarunt, nihil ad illas, nec tantis viribus potiuntur. Veruntamen eorundem gratia, quorum & illæ ſumi ſolent. Hæc Dioſcorides. Plinius de piceæ reſina ſcribens inquit: Hæc plurimam reſinàm fundit, interueniente candida gemma, tam ſimilis thuri, vt mixta viſu diſcerni non queat, & inde fraus Seplaſiæ. Pinus fert minimũ reſinæ interdum & nucibus ipſis, de quibus dictum eſt vix vt aſcribatur generi. Pinaſtrum quoque copioſam dare reſinam ſcribit, ſed arbores eas, quas per oram Italiæ Tibulos vocant penè ſine reſina eſſe Pluſculum erumpere liquoris larici melleo colore atque lentiore nũquam dureſcentis. Noſtra tempeſtate eadem impoſtura vtimur qua antiquiſſimi ſolerent in adulteratione Thuris. Siquidem reſinam pini miſcemus Thuri. Sed fraus deprehenditur odore vulgus noſtrum reſinam illam Garipotum nominat. Subolfecerat fraudem iſtam ſuo tempore Dioſcorides, qui in capite de Thure ſcribit, Thus in itinere, inquit, adulteratur pini reſina, quæ res mihi abſurda videretur, niſi in itinere dixiſſet, vtpote quòd illæ regiones externæ, quæ admodum calidæ ſunt, pinum non generent. Ideo vt nobis thus peregrinum eſt, ita & illis reſina pini. Priſca ætas ea omnia adinuenit, quæ nunc à nobis perficiuntur, aut ſaltem his ſimillima. Ex quo liquet nihil à nobis nũc ſcribi poſſe quod non ante ab alio excogitatum ſit. Pictores iam ſua experimenta, quæ aliter ſecreta nominant ad picturas ſumptuoſas excogitarunt, & mixturas ad picturarum immortalitatem, quas vernices vulgò vocant, qui ta-

Reſina liquida.

Reſina arida.

Reſina Pinus.

Pinaſter.

Tibulus.

Garipotũ.

Reſina pini.

Pinus in feruidis regionibus nulla.

Vernix liquida.

men nec magno munere donati compositionem docere socios vellent Aegidam hanc à nomine Græco, videlicet scuto suam traxisse appellationem puto ἀσπὶς enim scutum significat, ideo quòd ea Clypei inducebantur, vt perpolito splendore micarent. Hanc nos nostra industria sic componimus. Primum vncias quatuor mastiches ad libram vnam resinæ oleosæ recentis (quam, oleum Abiegnum in Italia vocant, in Gallia vulgò, sed falso nomine Terebinthinam Venetam) addimus. Maxima in coquendo est difficultas. Nam resinam hanc oleosam, vbi primum vnà cum Mastiche in fidelia miscueris, & ita in olla aquam frigidam habente ad ignem apposueris tandiu bullire sinis quousque Mastiche tota cum Resina dissoluatur, tum demum ab igne auferes, vt omnia simul refrigescant. Cùm autẽ refrixerint, testudines, clypei & pelles siue caprina siue suilla intecta sint scuta perunguntur. Scutorum materies siculnea immortalis reddetur, si ex ea affricetur. Ea fuit Aegidæ dos, quæ nunc in nostra vernice liquida petitur, vt sumptuosas pictorum tabellas immortales, immarcessibilesque custodiret incorruptas. Resinas etiam ipse Plinius ad discrimina gummium definit, quòd scilicet dissoluantur oleo. gummi aqua. Spagas resina est piceæ (quam Græci πευκίνη vocant) suã in Schiro retinet appellationem, quam ego cum in ea insula essem audiui ita vulgò nominari. De hac plura apud Plinium legimus his verbis. In Asia quæ fit à Picea admodum candida est, Spagas vocatur resina hæc. Desiit nunc alioqui rara esse, cùm inceperit iam Venetias è Schiro ferri, pinguis est admodum, & alba, ea in fictilibus asseruatur. Ex qua etiam in officinis multas libras venales vidi.

Vernicis descriptio.

Discrimen resinæ a Gummi.

Gũmi dissoluitur aqua.

Schiros insula.

Spagas.

Sed de coniferis arboribus, earum resinis & aliis rebus quæ ab iisdem proficiscuntur hactenus. Permultas differentias præsertim in his quæ ad fabrilem vsum sunt accõmoda adiicere poteramus, attamen nonnulla consulto breuitatis gratia prætermisimus: superest vt ad reliquarũ sempiterna fronde virentiũ & aliarum peregrinarum plantarũ descriptiones quarum icones mihi præmanibus sunt transeamus.

Descriptionis Coniferarum arborum & resiniferarum, rerúmque ab eis promanantium, Finis.

Pr Fuel 604
Nissen 31

SPECIAL 87-B
636

THE GETTY CENTER